

Goffredum & Philippum dicunt Holthens. num. 4. & Joan. Andr. num. 11. Et intellige predictam regulam, dummodo pars major fuerit presentis, dum actus gerebatur, locus si fuerit alienus & contemptus, ut si vocata non fuisset eo casu quo vocari debuisset, quia tunc contemptus non solum minoris partis; sed unius tantum reddit invalidum quod gestum est à majori parte, c. quòd sicut supra de elect. secundum Anton. de Butr. hic n. 2. Petr. de Anchar. n. a. & Imol. n. 1. Quin imò contemptus si suum contemptum prosequatur, plus juris habet ad annullandam ordinationem seu provisionem majoris partis quam habent plures presentes & contradicentes. Oldrad. conf. 64. Quòdam Canonico contempto; & vide Angelum consilio 269. Punctus est.

7. Secundo nota in vers. nisi &c. exceptionem à predicta regula ut scilicet non procedat si à majori parte aliquid rationabile obijciatur contra ordinationem majoris partis universitatis, quia tunc quoad effectum impeditur; quia revocabitur posteaquam de veritate objectæ exceptionis legitime constituerit; non enim sufficit opponere nisi objectum probetur coram superiore, ut patet ex littera hinc objectum fuerit & ostensum. Innoc. n. 3. vers. Sed & jus & n. 4. Butr. n. 2. & 3. Anchar. n. 3. Imol. n. 1. & Abb. n. 5. Scilicet quod notat in lege 1. ff. si quadrupes pauper fecit. dicatur & in clem. 1. de restit. in integr. Ceterum tam regula superius proposita quam exceptio procedunt in actibus universitatum, prout loquitur hæc Decretalis; & sic in his que competunt pluribus ut universis; factis autem est in his que competunt pluribus ut singulis, quia tunc unius tantum contradicere habet actum vitare, ut fultus dicam in seq. qz.

8. Ex factis quæstio est, an jus pascendi quod habent Clerici & laici in Diocesi Caputaquensis, locari possit ab universitate Clericis contradicentibus.

Videtur respondendum non posse. Primò, quia cum jus pascendi sit commune pluribus ut singulis, non ut universis ex rationibus adductis à Capic. dec. 152. incip. universis sub n. 3. vers. dubium modo stat, an hoc territorium & Surd. conf. 65. n. 7. vol. 1. major pars universitatis non potest de eo statuere, nisi omnes consentiant sive Clerici sive laici, gloss. communiter approbata in c. Cum omnes in verbo constitutum, vers. sed numquid off. verum de constit. Atque ita ob hanc rationem Capic. d. dec. 151. videtur concludere universitatem non potuisse aliquibus contradicentibus statuere, ut deinceps non liceret cuiquam uti jure pascendi, nisi soluta certâ pecuniâ in communes necessitates erogandâ. Hanc eandem opinionem, id est majorem partem universitatis non posse aliquibus contradicentibus statuere de pascuis; sed necessarium esse omnium consensum, quia agit de re communi pluribus ut singulis tenet Cap. in lege 2. in principio, §. fin. n. 145. vers. & similiter de orig. Jur. Covarr. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 11. vers. sic rector Civitatis & Surd. conf. 65. per tit. col. 1. ubi etiam citat Jason. conf. 71. col. 2. vers. Ne isto casu vol. 3. Quod enim major pars possit statuere in damnum minoris, procedit in rebus & negotiis universitatis que sunt communia pluribus in universis, l. c. Quod major. atque ibi gloss. & Bart. ff. ad municip. gloss. in v. 1. in ver. Tractatus, de reb. Eccles. non alien. lib. 6. In aliis vero unius dissentius potest actum impedire, c. fin. ubi not. de major. & obed. cap. Quod omnes, atque ibi declarat Dyn. de reg. jur. in 6. Joan. Andr. in c. unic. de rer. permut. eod. lib. gloss. in c. Quia propter, in ver. Vice omnium supra de elect. & tradunt omnes in d. cap. Cum omnes.

14. Secundo, quia etsi jus pascendi competeret pluribus ut universis, cum tamen commoedum à singulis percipiatur, preferuntur qui memoribus & pascuis uti volunt ad usum destinatum, licet major pars contradicat. Sic probat text. in l. Civitatis, ff. de legat. 1. Atque ita in terminis per hanc rationem respondit Ripa respons. 5. incip. Antiquo sub tit. jurisdict. & imper. aliis respons. 93. seu 22. lib. 1. ubi pluribus probat universitatem non posse prohibere ne incolæ utantur pascuis juxta consuetudinem & esse defendendum appellationi super hoc interpositæ ab aliquibus, 15. non obstantibus ordinatione & statuto majoris partis, & ibi etiam ostendit statutum hujusmodi esse iniquum & irrationabile cum alias ob causas, tum quia iniquum est, ut quis non possit uti re communi ad usum destinatum, l. 1. c. de pass. publ. lib. 10. l. Arboribus, §. Navis, ff. de usufr. l. Si ades, ff. comm. divid. cum concord. Ripam refert & sequitur Surd. conf. 59. Dubitari non potest sub n. 21. vers. Circumscripta etiam superioritate & conf. 65. per tot. vol. 1.

17. Tertio est jus pascendi effectus commune pluribus ut universis & major pars possit de eo absolute statuere; id tamen haberet locum quoad eos tantum, qui pars essent, vel inferiores, quia superior lege inferiori non ligatur cap. Venientes, de jurejurat. c. Inferior. 21. dist. cap. Cum.

inferior, de major. & c. obed. Clement. Ne Romani, de elect. & verba statutorum non referuntur ad personas non suppositas, c. A nobis, n. primo de sentent. excomm. cap. Ut animarum, de constit. lib. 6. Quia ratione quicquid contra videatur distinxit Vincent. de Franch. dec. 197. n. 1. vers. fitas Lapigii per totam. Sentiens universitatem posse vendere jus pascendi etiam contradicente Barone, qui se ipsum civem prostebatur, Surd. d. conf. 59. num. 15. & 16. Consultuit universitatem, quamvis possit statuere circa ea, que concernunt administrationem rerum suarum & prohibere ne cives & incolæ uti possint memoribus & pascuis: tamen illius prohibitionem non ligari Comitem loci Dominum temporalem, qui licet tanquam civis habeat jus pascendi, non afficitur tamen populi ordinatione, quia statuta inferioris non limitant jurisdictionem superioris, ut ait Bald. in Auth. sed non jure n. 8. in fin. C. de serv. fugit.

Quamobrem cum Cleri sint superiores laicis & exempti ab eorum jurisdictione cap. Ecclesia S. Marie de constit. 19. cum concord. locatio universitatis non obstat ipsi quominus uti possint jure pascendi consuetudine acquisito. De quo est aperta decisio Abb. in conf. 6. part. 1. incip. Casus super quo petitur, &c. licet perperam pro contraria parte allegetur; ibi enim in prima parte concludit, si pascua sint communiter laicorum, Clericos qui volunt animalia sua mittere ad illa loca communitatis, teneri solvere onus impositum ex statuto ipsius universitatis, quia non dicitur hoc casu Communiter legem imponere Clericis, quibus jus pascendi non competit, sed vendere usufructum rerum suarum, quibus si Clerici uti velint, æquum est, ut etiam subeant onera istiusmodi rebus incumbentia & hic non est casus nover, quia Abb. ibi supponit Clericos jus pascendi non habere. Deinde, sub num. 2. Si verò, inquit, ista loca pascua fuissent ad usum communiter Clericorum & laicorum & sic forent communia Clericis & laicis (ut in causa presentis) tunc non teneretur Clerici solvere, tum quia statuta laicorum non officiant Clericis; tum quia in rebus communibus non possunt soli laici consistere in præjudicium aliorum jus in rebus habentium. Quare quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, &c. tum quia in re communi potior est conditio prohibentis & par in parem non habet imperium. Hæc ille.

Non obstat, quòd Mastrill. decis. 4. 9. vol. 1. contrarium sentierit, nam nullus ducitur autoritas & ejus rationes sunt levissimæ; movetur enim potissimum, quia cum Clerici sint membra Reipublicæ & veniunt universalitatis appellatione, subdantur & ipsi statuti laicorum in materia ad universitatem pertinente.

Quod tamen non admittitur à Canonistis, nam esto tum Clerici, quàm laici sint membra Reipublicæ membra tamen Deus jurisdictionem distinxit & Clericos non legibus & potestatibus secularibus, sed Ecclesiasticis tantum voluit esse subiectos c. Si Imperator, ubi Turrecr. & Præpos. notant. 95. dist. c. Quamquam de cens. in 6. d. c. Ecclesia S. Marie de Constitut. cap. Quoniam & per totam 10. dist. Pulchre Oldrad. conf. 83. incip. An Episcopus per tot. Goffred. Abb. & Felin. in cap. 2. de foro comper. Sunt enim Clerici membra honorabilia Reipublicæ, ut inquit Bald. conf. 221. Verbo Capitali, in fin. lib. 3. & dicuntur magis non subditi, quàm alii non subditi laici secundum Sigorall. conf. 21. Statuta civitatis, col. 2. & Dec. in d. c. Ecclesia S. Marie n. 224. Argumentum autem Mastrilli hanc Clericorum exemptionem radicem convellit. Nec refert, quòd statutum illud sit ex se honestum & rationale, quia ad validitatem statuti, nedum requiritur honesta & rationabilis causa, sed etiam autoritas & jurisdictione, quam laici in Clericos non habent, Bald. in l. 1. Cod. de Summa Trin. & fide Cathol. & docent in d. cap. Ecclesia S. Marie, Felin. n. 53. Soccin. jun. conf. 8. n. 22. vol. 4. Covarr. pract. qu. c. 8. n. 5. & Burl. conf. 93. n. 22. lib. 1. ubi testatur de magis communi opinione. Quod procedit etiam si statutum sit generaliter conceptum, nec specialiter disponat de Clericis, quia licet verba caute dirigantur in subditos, tamen cum Clerici ex locatione graventur, non est curandum cum quo quis loquatur, sed qui dirigatur intentio. Ita Alexand. conf. 211. n. 12. lib. 1. post Anchar. in repet. cap. Canonem statuta 2. qu. in princip. vers. Ergo quæro de Constitut. Est autem ordinario Universitatis contra communitatem Ecclesiasticam, quia tollit Clericis jus pascendi ex consuetudine acquisitum, quod fieri non potest, ut considerat Anchar. conf. 155. in princip. & Joan. Baptista Laderch. in conf. suo 103. num. 11. vol. 1. Preteritum quia id videtur studiosè factum fuisse in odium Clericorum. Quo casu statutum non valeret, etiam si non rediret in personam subditam, secundum Bart. in l. Omnes populi n. 53. de just. & jure, Felin. in d. c. Cum omnes n. 1. & 2. & in terminis juris pascendi observat Surd. conf. 59. sub num. 26. vers. Ex alio etiam.



DE REBUS ECCLESÆ NON ALIENANDIS.

Ex Concilio apud Silvan.

CAPUT V.

N ulli liceat alienare rem immobilem Ecclesiæ suæ, sive agrum, sive rusticum mancipium, neque specialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteusis perpetuum contractum. Undè omnes Sacerdotes ab hujusmodi alienatione ablineant, pœnas timentes; quas Leonina constitutio comminatur.

SUMMARIUM.

- 1 Res Ecclesiarum immobiles, & pretiosæ mobiles alienari non debent, & num. 2.
2 Nulla, est verbum universale negativum.
3 Alienatio bonorum Ecclesiæ per Canones prohibetur quibuscumque Clericis, & malis magis laicis, & n. 5.
4 Clerici omnes dicitur Sacerdotes.
6 In conventibus animam omnes homines de mundo sunt de foro Ecclesiæ.
7 Alienatio bonorum Ecclesiæ requirit causam, & solemnitatem, num. 13.
8 Et causa alienationis qua sint.
9 Alienatio bonorum Ecclesiæ, quam solemnitate requirit, & an sufficiat solemnitas introducta de consuetudine, & num. 11.
10 Consuetudo aliquid addens solemnitati à jure requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, valida est, si sit Ecclesiæ utilis.
11 Decretum iudicis in alienatione rerum Ecclesiæ non requiritur, sed sufficit casus cognitio.
12 Alienatio rerum Ecclesiæ etiam cum causa, & solemnitate post Extravag. Pauli II. fieri non potest Papa inconjuncto, & num. seq. usque ad num. 19.
13 Intellectus Extravag. Ambrosiæ, de reb. Ecclesiæ non alienari, & num. seq. usque ad num. 18. & 21.
14 Clausula in medio posita refertur ad proxima, non autem ad omnia præcedentia.
15 Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.
16 Emphyteusis contractus de bonis Ecclesiæ potest fieri sine beneplacito Apostolico, si tres conditiones concurrant.
17 Tunc, dicitur denotare extremitatem temporis.
20 Feudalia bona Ecclesiæ possunt in feudum non obstante juramento de non alienando Papa inconjuncto.
22 Fructus & bona Ecclesiæ, que servando servari non possunt, licite alienantur sine beneplacito Apostolico.
23 Et talia dicuntur, que non durant triennio, vel usu consumantur, & non fructificant.
24 Terrula, vel vineola Ecclesiæ alienari possunt de consensu Episcopi tribus concurrentibus.
25 Cap. Terrulas 12 q. 2. non sunt sublatum per Constitutionem

- nem Pauli II. nec per Conc. Trid.
26 Terra exigui valoris, que dicantur ad hoc, ut alienari possint sine beneplacito Apostolico.
27 Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, que fit ex necessitate juris non requirit solemnitatem.
28 Fratres Minores alienare possunt sine solemnitate bona immobilia eis legata sub modo licito, vel simpliciter.
29 Alienatio, & specialis hypotheca differunt.
30 Hypotheca specialis bonorum Ecclesiæ est prohibita. Et quid in hypotheca generali, ibid.
31 Hypotheca generalis bonorum Ecclesiæ in casu permissi, ob fieri possit sine autoritate Episcopi, & num. 32.
32 Congregationis Concilii Decretum de rebus Regularium non alienandis non comprehendit generalem hypothecam.
33 Hypotheca in quo differat à pignore.
34 Alienationis verbum, que continentur.
35 Alienationis verbum large sumitur, quando lex, testator, vel pascio prohibet alienari.
36 Alienatio stricta accipitur pro eo contractu, quo transferatur dominium.
37 Contractus conditionis dicitur, ubi prædium constituitur tributarium.
38 Prædium conditionale quod dicitur.
39 Locare & conducere, an & quando sit alienare.
40 Locatio perpetua, quando dicitur.
41 Conductio ad non modicum tempus dicitur, quando excedit decennium, vel est ad decennium.
42 Locatio, & conductio bonorum Ecclesiæ post Extravagantem Pauli II. fieri non potest ultra triennium.
43 Et triennium computari debet ex tractu fructuum collectionibus.
44 Alienantes bona immobilia Ecclesiarum quas pœnas incurrant, & num. 46. Constitutio Leonina que dicitur, ibidem.
45 Lex civilis Canonizata, seu inserta Canonibus dicitur lex Canonica.
46 Alienationis contractus si sit Ecclesiæ utilis potest per eum ratificari, nec ab illo recedat, nisi Ecclesiæ volente.

N ulli Res Ecclesiarum alienari non debent. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Imola, Abbas Joan. de Anania, Barbatia, Guido Papa, & Bero. Sed post vest. Res, addendum videtur immobilia, prout loquitur ista littera: non res mobiles alienari non prohibentur, ut l. Lex que tutoris, c. de administrat. tutor. & l. Inter omnes, c. de præditi minarum, secundum Innoc. hic post princip. in ver. Immobilem, nisi sint pretiosæ, ut d. l. Lex que, c. Quod sicut, §. fin. supra de elect. c. 1. infra de pignoribus, Extravag. Ambrosiæ, ubi, Pretiosa mobilia Deo dicata, de rebus Eccles. non alienari. & hic notat Host. num. 1. circa fin. in ver. Immobilem. Dividitur in tres partes. In prima alienationis prohibi-

tio. In secunda quid sit alienatio. In tertia pœna impositio. Secunda ibi, Alienationis. Tertia ibi, Undè omnes, Host. Nota primò ex princ. textus regulam negativam, quod rem Ecclesiæ immobilem nemini liceat alienare, Abb. hic in 1. notab. & Guido Papa in summ. textus, & Bero. num. 2. tradit enim hic regula per ver. Nulli, quod est universale negativum, gloss. in c. Statutum, §. Insuper in ver. Nullum, & in ver. O multiterumque, de rescript. lib. 6. gloss. 2. in c. Nemo potest, de reg. ur eodem lib. Gemm. conf. 35. pro clariori num. 4. & 5. Quare hæc prohibitio sit Clerico cuiuscumque conditionis majori, medio & minimo, secundum Host. hic in princ. in ver. Nulli, Joan. Andr. n. 1. in eodem v. & 3.

aperit, in Authent. de alienat. & emphit. tamen opinionem Egidii sequuntur magis communiter Doctores, ut tollatur Alex. in cons. 118. in casu n. 20. in fin. cum seq. vers. Nec ad hoc obstat lib. 5. eamque tenet etiam gloss. in §. Nos igitur in verb. specialis in Auth. de non alienandis, & Abb. hic num. 2. dicens prelatum contrahendo posse generaliter pro observantia contractus obligare bona Ecclesie siue licentia Episcopi per illum textum à contrario sensu, & quidem iure optimo, quia cum hodie exitio generalis obligatio bonorum fieri consueverit in omni contractu, nimis grave esset si semper Episcopus eijet adendum & sine illa vix reperiretur qui vellet cum Ecclesia contrahere, ut in simili notat gloss. in c. Hoc jus §. Et si creditor, in verb. Probat. 10. q. 2. Nec obstat textus in d. §. Si verò contigerit, in quo Butr. & Imol. se fundant, nam ut respondet Alex. d. cons. 118. num. 2. vers. Nec obstat textus ibi & in §. Hoc etiam eod. tit. loquitur de speciali pignore, non autem de generali. Demum hanc sententiam probavit meo tempore Sac. Congregatio Concilii in contractibus Regularium; nam proposito dubio, An in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis comprehendatur generalis hypotheca necne? S. Congregatio censuit non comprehendi & tamen prohibitio illa fuit concepta iisdem verbis, quibus utitur Paulus II. in d. Extravag. Ambitiosa.

Differt autem hypotheca à pignore, quia hypotheca est obligatio rei immobilis, pignus rei mobilis, quasi à pigno, §. In re pignus Institut. de action. gloss. hic in ver. Hypotheca, Host. n. 2. & Card. n. 4. Item differt secundum Abb. Antiqu. hic n. 1. & Butr. n. 6. in gloss. 3. quia pignus dicitur cura rei obligate traditur possessio creditori, hypotheca cum non traditur, leg. Si rem §. Proprie pignus dicitur, ff. de pignorat. act.

Quarto nota ibi, Alienationis, sub hoc verbo Alienationis quinque contineri, hic recensentur. Primo scilicet conditionem, de qua dicitur infra n. 37. Secundo, donationem, Tertio, venditionem. Quarto permutationem. Quinto, emphiteutis perpetuum contractum & quando dicitur perpetuus vide hic per Innoc. circa fin. in ver. Perpetuum Et hoc quoque Prelo hic interdicitur, ut notat Bernar. in gloss. penult. in fine. His adde textum, id est infundationem, & septimum, id est locationem ultra triennium & generaliter omne pactum, per quod bonorum dominium transfertur, ut legitur in præallegata Extravagante Ambitiosa, de reb. Eccl. non alienan. Et dominium intelligas tam directum, quam utile; nam per contractum emphiteuticum, non transfertur directum dominium, sed utile, l. 1. ff. Si ager vtiligal. vel emphiteut. perat. ut per Butr. in ult. not. & Abb. n. 3. Unde Bero. sic summat hanc Decretal. Non licet immobilis Ecclesie aliquo titulo alienare, vel speciali hypotheca obligare & contra faciens suavitur secundum Leonine Constitutionis paxan & alienationis appellatione continetur actus per quem dominium etiam utile transfertur. Et ita alienationis verbum hic laussum accipitur. Sic in l. Sanctimus C. de rebus Eccl. alienan. vel non & in Authent. de non alienand. reb. Eccl. §. Nos igitur collat. 2. hic notat gloss. in ver. Alienationis, Innocent. post principium in eodem ver. Hostien. n. 3. & Joan. Andr. n. 7. qui post Egidian subdit alienationis verbum largè sumi in tribus casibus, videlicet quando lex, testator, vel actio prohibet alienari, ut l. Plebi §. Pignus ff. de verb. signif. sequitur Cardinal. hic n. 3. vers. Et dicit Egidius. Alibi tamen, ut gloss. subdit, strictius accipitur pro eo contractu, quo transfertur dominium, ut l. 1. C. de fund. dotal. l. Alienationis ff. de verb. signif. cum aliis in gloss. allegat. & per Host. n. 3. vers. Alibi strictius.

Sed quæres quid sibi velit textus dum dicit alienationis verbo contineri conditionem, gloss. penult. intelligit concessionem sub conditione, sed nihil declarat. Innocentius vero circa medium in verb. Conditionem, cui subscribitur Hostien. num. 3. in eod. vers. Joan. Andr. num. 2. Butr. num. 7. & Anchar. num. 3. clarius rem totam explicat dicens, Contractus conditionis dicitur; ubi prædium constituitur tributarium, & vulgariter tale prædium dicitur conditionale, quia cadit in commissum sub conditione, scilicet si non solvatur tributum, & pro hoc dicto Innocentius facit text. in l. penult. §. Instituto ff. de legat. 2. vel contractus conditionis dicitur, ubi contractus celebrantur sub conditione, secundum Innoc. ubi supra. Sed hoc impugnat Cardinal. num. 5. & bene, quia in omnibus exemplis, de quibus hic procedit hæc littera, siue

contractus fiat purè, siue sub conditione; nam quando fit sub conditione, cū adveniente, peius est, ac si ab initio factus fuisset purè, ut cap. Proterea, il secudo, de appellat. Quidam etiam, ut Innocentius subdit; non intelligentes corrumpunt litteram hic legentes conditionem, cum tamen conducere nullo modo fit aliena e, sed hoc verum est secundum Host. si conductio fiat ad tempus, ut patet in cap. vtiligal. infra de locat. Perpetua verò conductio alienatio quædam est ut patet in l. 1. & per tot. ff. si ager vtiligal. vel emphit. per. & de illa hoc potest intelligi sine corruptione, ut patet in cap. Ad audientiam, infra eodem, secundum Host. ubi supra, & notat idem Innoc. in cap. Ad aures, circa fin. infra eod. Dicitur autem perpetua quando est duratura usque ad triginta annos, ut instituit. de perpet. & temporal. act. in princip. vel quædiu emphiteuta vivit. l. 1. ff. Pro socio, cap. Precariè 1. qu. 2. vel quædiu solvitur pensio, ut §. Adhuc instituit. de locat. ita dicit gloss. notabilis in c. Hoc jus in ver. Perpetua 10. qu. 2. Host. hic num. 4. & Joan. Andr. num. 3. & Cardinal. num. 6. Sed Butr. num. 8. dicit communem opinionem esse, quod conductio dicitur ad non modicum tempus, quando excedit decennium, vel est ad decennium, ut notat gloss. ut. in Clem. 1. de rebus Eccl. non alienan. ad quam quotidiè fit recursus. Hodiè verò prohibita est locatio, & conductio ultra triennium, ut scriptum in citat. Extravag. Ambitiosa, eod. tit. & huiusmodi triennium computari debet ex tribus fructuum collectioibus; unde si prædium eius esset conditionis, ut quolibet triennio unus tantum fructus perciperetur, tunc triennium pro uno anno esset computandum, & locatio fieri posset usque ad novennium, sed non ultra, ut declarat Andr. Barbat supra in hac rubrica numer. 52. Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 6. Cardin. Mart. de tac. & ambig. convent. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 22. Navar. de alien. rerum Eccl. num. 22.

Ultimò nota ex fine textus, alienantes bona immobilia Ecclesiarum incidere in poenas Constitutionis Leonine, quæ habetur in l. Subemus C. de sacros. Eccl. secundum Innocent. hic in fin. Butr. num. 12. & Cardinal. n. 6. in 4. quæstion. & ejus poena est depositio alienationis, & satisfactio incommodi Ecclesie de rebus propriis faciendâ, ad quod obligatur hæredes sui, & cum ea Constitutio Leonis esset localis, per Justinianum extensa est ad omnes Ecclesias, & omnia pia loca, ut in Authent. de non alienan. §. Nos igitur, & infra §. Quia verò Leonis, collat. 2. Unde verba hujus c. sumpta esse videntur secundum Host. hic num. 4. in ver. Poenas, & in ver. Leonina, & Jo. Andr. n. 3. & 7. in gloss. ult.

Sed dices: Ergò lex civilis auctoritatem habet imponendi poenam Sacerdotibus delinquentibus in alienatione rerum Ecclesiasticarum. Absit cap. Imperator 96. dist. cap. Ecclesia S. Marie de Constitut. cum suis concordantiis. Sed ideo isti Sacerdotes in poenas prædictæ Constitutionis Leonine, quia eadem Constitutio hic per Papam Canonizatur, & ideo non est amplius lex civilis, quæ ligat Clericos, sed lex Canonica, ut alias declaravimus in cap. Quæ in Ecclesiarum n. 29. de constit. post Felin. in c. 1. in 1. notab. de præsump. & innuit Host. hic in fin. vers. Et de ista lege. Possumus etiam intelligere Constitutionem Leoninam pro Constitutione, quam fecit Leo Papa in Concilio de qua in c. Monemus 12. q. 2. ut hic per gloss. fin. & Abb. Antiqu. in fin. & quamvis hoc non placeat Hostien. ubi supra; tamen nec illud dicere est peccatum, ut inquit Joan. Andr. hic in fine, & Butr. itidem in fin.

Verum per prædictam Extravag. Ambitiosa de reb. Eccl. non alienan. poenæ inscriptæ sunt statutæ. Primò est nullitas contractus, qui tamen si alias sit Ecclesie utilis, cum nullitas proveniat ex defectu solemnitatis, potest Ecclesia illum approbare, & ratificare, nec ab eo receditur, nisi volente Ecclesia, ut notat Abb. in cap. Causam, qua il secundo, col. final. de judic. Jas. in l. Non eo minus num. 3. C. de procurator. Aret. cons. 77. num. 6. Put. dec. 3. & 4. de exception. Seraphin. decis. 256. num. 6. Secunda poena est excommunicatio laxæ sententiæ in alienantes, & bona alienata recipientes. Tertia interdictum ingressus Ecclesie Episcopis & Abbatibus, qui si per sex menses in interdicto perseveraverint animo indurato, à regimine, administratione Ecclesie, cui præstant, eo ipso sunt suspensi. Quarta inferiores Prælati eo ipso privati sunt beneficiis, quorum bona alienarunt. Quinta, bona alienata ad Ecclesiam, ad quam pertinebant liberè revertuntur.



DE REBUS ECCLESIE NON ALIENANDIS.

Innocentius III. Episcopo Maturien. & præposito Uleonn.

CAPUT XI.

AD nostram noveritis audientiam pervenisse, quòd cum Tusien. Monasterium depresso esset onere maximo debitorum, Abbas & conventus ejusdem, villam quamdam necessitate coacti, B. laico concesserunt in feudum, tali conditione appolita, quòd idem octoginta libras persolveret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non distulit effectui mancipare: & infra. Undè humiliter supplicarunt, ut feudum prædictum faceremus ad utilitatem Monasterii revocari: præsertim cum idem laicus primo anno de ipsius proventibus ultra summam preceperit prætaxatam & per multos postmodum annos lumperit ejus fructus: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si prædictum Monasterium propter hoc inveneritis enormè dispendium incurrisse, dictum laicum ut (pecunia, quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro utilitate ipsius Monasterii expendisse noscitur, ab eisdem Abbate & conventu recepta, cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) præstatum feudum eidem Monasterio dimittat liberum & quietum, appellatione postposita compellatis.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia restituitur contra contractum, per quem fuit enormiter laesa.
 - 2 Prælati an possit bona Monasterii specialiter hypothecare.
- In textu ibi, Pro quibus eadem extiterat obligata; nota Prælatum posse bona Monasterii specialiter hypothecare, ut per hanc textum notat Egidius relatus à Joan. Andr. in cap. Nulli, num. 1. in verb. Specialis supra eodem. Sed de hoc tu dicas, ut ibi scriptum in 2. not.



DE LOCATO, ET CONDUCTO.

Gregorius IX.

CAPUT IV.

Potuit emphiteuta (Ecclesia primitus requisita, eique nuntiato quantum sibi ab aliis offertur, si nolle se emere dixerit: vel à denuntiationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum) meliorationes & jus sibi competens alius vendere, qui ab emptione hujusmodi minimè prohibentur. Emphiteuta quoque secus præsumendo, vel cessando in solutione Canonis per biennium, (nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuisset) justè potuisset expelli. Non obstante quod ei, ut Canonem solveret, non extitit nuntiatum: cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat

Cardin. in 1. notab. Nec oblat littera ibi, *Sacerdotes*, id est Praelati; quoniam Clerici omnes dici possunt *Sacerdotes*, ut capite secundo supra de cohabit. Clericor. & maiter, secundum Abbatem Antiq. hic circa finem in verbo *Sacerdotes*. Rursum hae prohibitio multo magis sit laicis, ut c. 2. supra eodem, secundum Hoff. Et Joannem Andream ubi supra & Bero n. 2. *verf. ex quibus infero*; idque tum ratione rerum Ecclesiae quae sunt sub jurisdictione Papae & Ecclesiae, secundum ea quae leguntur & notantur in c. 1. de nov. oper. nunc. in c. Ecclesia Sanctae Mariae & c. Quae in Ecclesiis nunc. Constitut. arg. c. 2. de foro comper. tum etiam ratione peccati ex his quae habentur in c. ult. de praescript. & notat glossa in clem. Pastoralis in verbo *Fidelitatem de re judicat.* nam in concernentibus animam omnes homines de mundo sunt de foro Ecclesiae, ut inquit Innoc. in c. Quod super his n. 4. de vot. & Bero hic n. 3. laici enim etiam cum causa res Ecclesiae alienantes mortaliter peccant, alias perperam excommunicantur in c. 2. supra eodem, cum excommunicatio non feratur nisi pro culpa mortali, ut c. nemo Episcoporum cum sua glossa 111. q. 3. & hic observat Bero n. 4. de Papa autem sine causa res Ecclesiae alienante, vide hic per eundem Bero n. 5. & sequ. & lausimè per Bellam. in c. non liceat Papae 12. q. 2.

Limitatur regula superius proposita, nisi alienatio fiat ex causa necessitatis & cum jure solemnitate, c. sine except. 12. q. 2. c. hoc jus 10. q. 2. & hanc solam causam excipiunt glossa 1. & Innoc. in princ. sed certe multo plures debuissent excipere quas hic enumerat Hoff. n. 1. & Joan. Andr. n. 5. & ante eos Petr. de Sampson & Abb. Antiq. in c. penult. n. 2. infra eodem. Alia enim causa est necessitatis, ut si debita urgeant Ecclesiam nec possit de fructibus satiescere, c. hoc jus 10. q. 2. Alia est pietatis pro redimendis captivis, ut c. Sacrorum, c. aurum & c. gloria 12. q. 1. c. 1. infra de pignor. Alia utilitatis; nam potest unam rem alienare, ut habeat aliam meliorem, d. c. sine except. & c. ut super, §. fin. infra eodem. Alia est aequitatis, ut cum res Ecclesiae conceduntur ei qui illas ad culturam reduxit, c. ad aures infra eodem; vel cum manamittitur servus Ecclesiae de ipsa bene meritis, c. si quos de servis 12. q. 2. Alia est incommoditatis seu minoris utilitatis, ut quia res alienanda est magis damnoſa Ecclesiae quam utilis, veluti cum al enantur terruie vel vineolae incultae aut longè positae, c. Terrulas eadem causa & quest. Alia demum est damni vitandi, ut in rebus quae servando servari non possunt, leg. Lex quae tutores, cod. de administrat. tutor. l. fin. cod. quando Decreto opus non est. & ita in universum sex causa numerantur ex quibus res Ecclesiae licite alienari possunt; sed glossa in Summa 12. q. 2. & Abbas hic n. 4. numerant quatuor duntaxat, nempe necessitatis, utilitatis, pietatis & incommoditatis; putantque alias omnes aditus esse reducibiles & sunt tamen qui numerant multo plures & in specie Benedictus Canopiſus in repet. Extravag. Ambitiosa de rebus Ecclesiae non alien. d. num. 43. usque ad numerum 88. volumine sexto repetent. folio 36. coacervavit casus quinquaginta sex in quibus res Ecclesiae possunt alienari; & fallit regula illius Extravag. secundum cum.

Similitur quoad solemnitatem servandam in alienatione bonorum Ecclesiae, glossa 1. hic non meminit nisi de solemnitate juris de qua in Auth. hoc jus porrectum, cod. de Sacrosanct. Eccles. quae est canonizata in c. ea enim, §. hoc jus 10. q. 2. sed Goffred. hic dicit solemnitatem illam non servari & satis esse fervare solemnitatem requiritam secundum consuetudinem loci; & eodem modo Innocentius hic in princ. dicit esse attendendam solemnitatem quae in Ecclesia illa per consuetudinem introducta est, licet sit praeter jus, dummodo tamen non sit alia gravis; quia tunc obstat, c. cum causa supra de re judicata.

Verum huic opinioni contradicit Hoff. hic n. 1. post med. *verf. & quamvis Goffredus*, dicens eam aperte reprobari in c. 1. infra eodem lib. 6. & sic putat consuetudinem non posse aliquid operari in tollendo solemnitates à Jure requisitas in alienatione bonorum Ecclesiae.

Sed Joannes Andreas hic n. 5. per id quod habetur in d. c. 1. infra eodem lib. 6. & in c. 1. in fine supra de consuet. finaliter concludit quod si quaratur an consuetudo possit tollere solemnitatem Autent. hoc jus porrectum, dicendum est posse; quia illa solemnitas fuit introducta à Jure Civili; & ideo consuetudo potest eam tollere & tunc Ecclesiae, ff. de Legibus. Si autem quaratur de solemnitate requisita per c. sine exceptione 12. q. 2. tunc consuetudo illi detrahere non potest, quia alias esset Ecclesiae nimis gravis & contra ipsius utilitatem, ut d. c. 1. de consuet. Fatetur tamen Joannes Andreas quod si consuetudo aliquid adderet solemnitati de qua in d. c. sine exceptione, tunc consuetudo valeret, si cederet in utilitatem ipsius Ecclesiae allegat c. super his cum hic notatis per eum, infra de consuet. & affin. & quod notatur in c. Joannes de Cler. conjug. lib. 6. & cum hac distinctione Joannis Andream

transiunt hic Butr. n. 9. *verf. Joannes Andreas dicit*, Card. n. 2. & communiter Doctores, ut restatut Abb. n. 6. *verf. Joannes Andreas dicit*; & ita secundum Doctores non valet consuetudo contra solemnitatem, c. sine exceptione 12. q. 2. Debet ergo praecedere tractatus, item debet intervenire autoritas Superioris, consensus Capituli & subscriptio Clericorum; non tamen requiritur Decretum Judicis, sed sufficit causa cognitio; & alia alienatio non tenet, prout praedicta notantur per Abbatem hic n. 6. *verf. & nota istum textum.* Item secundum Hoff. n. 1. in alienandis rebus Monasteriorum requiritur consensus Dioecetani, ut notatur in c. 1. supra eodem. In rebus vero Ecclesiae Parochialibus non sufficit consensus Episcopi, nisi & Rector consentiat, ut notatur in eodem capite. Consuetudo igitur his solemnitatibus detrahens non valet, cum sit Ecclesiae onerosa, quod procedit de plano post Bullam Urbani VIII. incipientem *Romanus Pontifex*, qua improbantur quaecumque consuetudines Ecclesiarum earumque bonis praesudiales, ut dixi in sap. Consuetudines ferè per totum & praesertim à num. 59. usque ad n. 81. supra de consuet.

Verum hodie nemini licebit etiam cum causa & Jure solemnitate alienare res Ecclesiae immobiles vel quae inter immobiles computantur, inconsulto Romano Pontifice; quia in Extravaganti *Ambitiosa de rebus Eccles. non alien.* Paulus II. prohibet omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum (scilicet immobilium & pretiosorum mobilium, de quibus supra in proemio) alienationem omnem pactum per quod ipsorum dominium transferretur, concessionem, hypothecam (scilicet specialem) locationem & conductionem ultra triennium, nec non infestationem vel contractum emphyteuticum; praeterquam in casibus à Jure permisis, ac de rebus & bonis in emphyteum ab antiquo concedi solitis; & tunc Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis quae servando servari possunt pro instantis temporis exigentia; & innovata Decreta & Constitutiones Praedecessorum super hoc editas, alienationes, hypothecae, concessionem, locationem, conductionem & infestationes irritat & contravenientibus penas imponit, de quibus dicit infra n. 44. quare per dictam Extravagantem omnis alienandi modus etiam in casu quo & servatis Jure solemnitatibus regulariter prohibetur, Papae inconsulto.

Sed dices. In eadem Extravaganti apponitur exceptio illa, 13. praeterquam in casibus in Jure permisis; sed in Jure permisis est, ut ob evidentem Ecclesiae utilitatem & ob alias causas superius memoratas n. 8. ac servatis Jure solemnitate, fieri possit alienatio bonorum Ecclesiasticorum, ut patet in Junibus supra citatis n. 7. & hic notat glossa 1. Innoc. in princ. & communiter Doctores, plenè Oldrad. conf. 226. *Quidam Episcopus*, Card. Seraph. dec. 308. n. 1. & dec. 1490. n. 1. Ergo etiam post dictam Extravagantem licet res Ecclesiae alienare in casu licito & cum debita solemnitate, sicut licebat per antiquiores Canones; & augeatur difficultas ex verbis quae habentur in praedicta Extravaganti hic, *Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus & Decretis aliis super hoc editis, quae tenore praesentium innovamus*, in suo nihilominus robore remanentibus. Quae ostendunt Papam nullius antiqui Canonibus derogare; nec etiam duntaxat illi Romanum Pontificem qui Jura tuetur, solemnitates multas vigiles & laboribus excogitatas uno verbo subvertere voluisse, legi si quando, cod. de iustit. testam. 2. Ecclesia vestra, in secundo, *verf. Neque enim credendum supra de elec.*

Verum huic difficultati responderi potest clausulam illam *Præterquam mensibus à Jure permisis*, esse referendam ad emphyteum duntaxat; non autem ad praedicta, quod aperte ostenditur triplici consideratione. Prima est, quia est posita in medio duorum Capitulorum quae de emphyteuſi loquuntur; & consequenter referri debet ad solum contractum emphyteuticum, non autem ad omnia praedicta, secundum theoricam Bart. in lege *Talis scriptura*, §. *Hanc autem n. 3. ff. de legat. 1.* quam refert & sequitur Abb. conf. 75. *Illud de Jure col. 2. circa finem* *verf. 2. hoc videtur*, lib. 2. Socin. sen. conf. 156. *pro fundamentum n. 15. verf. ad ult. lib. 2.* & sic verba illa *Præterquam &c.* non limitant regulam de non alienando; sed solum limitant regulam de non emphyteuticando. Secunda consideratio est, quia dum ille textus permittit concessionem emphyteuticam de bonis in emphyteum concedi solitis, addit illa verba *& tunc Ecclesiarum evidenti utilitate*; quae verba fuisse superflua, est exceptio illa praeterquam in casibus in Jure permisis, effectus referenda ad omnem speciem alienationis, quia causa evidenti utilitatis est unus ex casibus permisis in Jure, ut c. sine exceptione 12. q. 2. cum similibus. Tertia consideratio est, quia si in omnibus casibus in Jure permisis liceret alienare, dicta Extravaganti nihil operaretur & frustra occuparet membranas contra id quod legitur supra in proemio, §. *Sine neque occurrisset abusu* qui narrantur in proemio ipsius Constitutionis. Nec obstat quod exceptio quae tollit libertatem hic *Ac de fructibus & bonis quae servando servari*

non possunt, non restingatur ad solam Emphyteum; nam responderet id contingere, quia haec clausula non est posita in medio; sed in fine; & ideo referat ad omnia praedicta, dicit leg. *Talis scriptura in fine cum leg. seqq. ff. de legat. 1. c. sciando requirit supra de appellat. Bart. conf. 54. Ang. Mar. n. 3. verf. clausula*, lib. 1. Anchar. conf. 68. *Justitiam n. 2.* Unde tenent Extravaganti est, ut contractus emphyteuticus bonorum Ecclesiae sine beneplacito Apostolico licite fieri possit si tres condiciones concurrant. Prima est, ut sit de casibus in Jure permisis. Secunda, ut sit de bonis ab antiquo in emphyteum dari solitis. Tertia, ut subit evidens Ecclesiae utilitas de tempore contractus, ponderando dictionem tunc quae denotat tempore extremitatem, lege 1. in princ. & hic glossa in verbo *tunc* & communiter scribentes, ff. de liber. & postum. lege 4. fin. ubi glossa & Bart. ff. de condit. & demonstrat. & in puncto censuit Rota coram Card. Seraph. dec. 367. & dec. 1125. n. 5. Nec propterea illa verba praeterquam in casibus in Jure permisis, redduntur superflua, quia potest contingere ut bona sint solita in emphyteum concedi & tamen non sit permissum in Jure, ut possint iterum emphyteutici, veluti si à Praetore fuerint mensae Ecclesiae incorporatae, ut dixi in c. ex parte n. 8. *inf. d. de feud.* Item non obstat clausula praeservativa praecedentium Constitutionum, quoniam cum fuerit posita immediate post prohibitionem alienationis, debet referri ad Constitutiones alias quae sunt iterum alienationem prohibent, sicut etiam innuunt illa verba *prohibitionibus & Decretis aliis super hoc editis*. Et quatenus esset referenda generaliter ad omnes Constitutiones de hac materia loquentes, tamen hoc intelligendum esset praeterquam in his quae ipsi Extravaganti adveniantur, argum. leg. *Doti clausula*, ff. de verborum signific.

Hae igitur tri regulae quod alienatio bonorum Ecclesiae immobilium vel pretiosorum mobilium hodie prohibita est, etiam cum causa & solemnitate sine beneplacito Apostolico.

Fallit primò haec regula in contractu emphyteutico concurrentibus tribus conditionibus, ut dixi supra num. decimo sexto.

Fallit secundo in bonis Ecclesiae feudilibus seu ab antiquo in feudum dari solitis, possunt enim feudarii non obitante juramento de non infestatione, Romano Pontifice inconsulto, ut est casus in c. ex parte infra de feudis; & hic notant Bernardus post casum, Innoc. in princ. & ad finem in verbo *concedas*, Abb. Antiq. n. 1. in verbo *de novo*, Hoff. n. 1. in verbo *infestationis* & in verbo *de novo*, Joan. Andr. n. 1. & reliqui omnes. Nec obstat quod in praedicta Extravaganti *ambitiosa*, pariter prohibetur infestatione vel contractus emphyteuticus; sed tamen exceptio nat tantummodo de bonis in emphyteum concedi solitis; non autem de bonis feudilibus, nam responderet contractum feudalem & emphyteuticum esse eodem naturae, ut notat Speculator in titulo de feudis, §. *Quoniam super homagium*, n. 63. *ad finem*, *verf. Non interest etiam*; & ubi est eadem ratio, nec contrarium reperitur in Jure expressum, dectiois loquentes de feodo, vendant etiam sibi locum in emphyteum; & è converso secundum communem opinionem de qua testatur Soc. sen. in conf. 167. *Non inutilis quaestio*, n. 24. lib. 2. & scripti plenus in c. 1. n. 9. 13. & seqq. *infra de feud.* & c. scripti plenus in c. 1. n. 9. 13. & seqq. *infra de feud.* & ita exceptio de qua in praedicta Extravag. *Ambitiosa*, & quamvis videatur restricta ad emphyteum, tamen procedit etiam in feudo; non per viam extensiois, sed comprehensionis; cum utroque casu sit eadem ratio; & quod statuitur in dicta Extravaganti de bonis solitis emphyteuticari, fit etiam à Jure communi statutum de bonis solitis feudariis, ut in d. c. ex parte de feudis; & distum vel emphyteum dari solita, dixi in praedicta Decretali ex parte n. 7. & 8.

Fallit tertio in fructibus & bonis quae servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia, quae exceptio similiter habetur in praedicta Extravag. *ambitiosa*, & concordat textus, leg. *Lex quae tutores*, cod. de administrat. tutor. & in lege ult. *cod. quando Decret.* opus non est; & hic notat glossa 2. & Hoff. n. 1. tales autem dicuntur res mobiles quae non durant triennio vel usu consumuntur & non fructificant, arg. d. leg. *Lex quae tutores*, §. *fin.* cod. de administrat. tutor. c. *Vestra infra de locato*; & declarant Rebuffi in compendio alien. n. 23. Redoanus de rebus Eccles. non alien. q. 6. n. 29. Navar. de alien. rerum Ecclesiasticarum, n. 4.

Fallit quarto, in terrulis & vineolis quae de consensu Episcopi alienari possunt sine solemnitate, ut c. Terrulas 12. q. 2. debent tamen tria copulative concurrere, primò scilicet ut res hujusmodi sint exigui valoris, Secundo ut sint parum Ecclesiae utiles, Tertio ut subit necessitas alienandi, prout hae tria colliguntur ex contextu d. c. Terrulas; & tradunt Hippolite de Marfil, conf. 103. n. 23. & 24. Rebuff.

in compendio alien. n. 122. Redoanus de rebus Eccles. non alien. q. 13. n. 19. & 51. c. 3. & 20. n. 6. Card. Seraph. dec. 401. n. 3.

Porro Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum, die 11. Januarii 1596. censuit neque Constitutionem Pauli II. neque Concilii Tridentini Decretum derogasse dispositioni, d. c. Terrulas 12. q. 2. & iterum cum Episcopus Trivicanus quaesiverit, an stante Decretò Concilii, c. 11. sess. 25. & Extravag. quae incipit, *Ambitiosa de rebus Eccles. non alien.* Autoritatem suam in alienationibus rerum Ecclesiarum ad praescriptum, capite Terrulas 12. quest. 2. interponere valeat, Sacra Congregatio censuit ex Concilio Tridentino; non fuisse derogatum facultati concessae Episcopis per c. Terrulas 12. quest. 2.

Demum cum in Civitate & Diocesi Messanen. essent nonnulla pia legata parvi redditus, veluti arbor olivae aut domus quae ruinam minabatur; & ferè diruta aut terrulis vel vineolis quarum ferè nulli erant fructus, petit Archiepiscopus sibi facultatem fieri hujusmodi legata alienandi & in evidentem Ecclesiae utilitatem convertendi & nec non declarari ad quam usque quantitatem fieri liceret hujusmodi parva legata abique beneplacito Apostolico alienare, die 14. Decembris 1613. Sacra Congregatio Concilii censuit, c. Terrulas 12. q. 12. non fuisse sublatam per Extravagantem Pauli II. quae incipit *Ambitiosa*. Ceterum ad quam usque quantitatem liceat Episcopo alienare, petendum esse à Jure communi. Sane cum non sit Jure debitum quæ rerulæ vel vineolæ dicantur, exigui valoris; id tamen Jure arbitrio erit relinquendum, arg. leg. 1. in fine, ff. de iure deliberandum & c. de causis, §. 1. supra de Offic. Deleg. & Juxta arbitrium suum moderabitur, inspecta conditione Ecclesiae, an sit tenuis vel multum abundans, attenta qualitate temporis, locorum & rerum, secundum ea quae tradit Abb. in c. 1. n. 8. supra de restitu. in integrum & in terminis d. c. Terrulas, notat Benedictus Canopiſus in repet. d. Extravag. *Ambitiosa* n. 46. de reb. Eccles. non alien. vol. 6. repet. fol. 37. & quamvis glossa in d. c. Terrulas in verbo *exiguus*, dicat illam textum ferè res exiguas vocare quae non excedunt valorem viginti solidorum; & cum glossa concordant Archid. in c. si quos n. 2. & 3. 12. q. 2. & Alciatus conf. n. 6. & seqq. tamen Sacra Congregatio Concilii aliis dixit quae dicantur exiguae non esse tutum definire.

Fallit quinto, in alienatione necessaria quae fit ex necessitate Juris, eò quod Jus praecipiat illam fieri; & in ea omni non requiritur solemnitas requiritur in alienatione rerum Ecclesiae, scilicet si fiat voluntarie, licet ex causa necessitatis vel utilitatis Ecclesiae. Haec est theoria Antonii de Butr. in c. Pastoralis n. 21. *verf. Or. attendatis* & Abbatis ibi. n. 5. *supra de his quae sunt à Praelatis sine consensu Capituli*. Quam theoriam servat Curia; ideoque à Sacra Congregatione Concilii responsum est valere legatum immobilium Fratibus Minoribus sub modo licito, nempe ut vendant & pretium convertant in ulum Fabricae vel Sacritiae; & idem si factum fuit simpliciter, quia sub modo licito factum intelligitur, ut c. exrit qui seminat, §. ad hoc quia fratrib. de verbo signif. l. 6. nec in hujusmodi alienatione opus est solemnitate, quia fit ex regale prescriptione. Hoc ipsum tenent Dec. in c. in praesentia n. 69. de probat. & Socin. regi. 110. n. 3.

Secundo nota tibi, *Specialis hypotheca*, aliud esse alienationem, aliud specialis hypothecae titulo obligare, prout hic notat Butr. in 1. not. & Innoc. n. 2.

Tertio nota in eisdem verbis, specialem hypothecam bonorum Ecclesiae esse prohibitam, ut in text. & notat Butr. in 3. notab. & ita intelligat Extravag. *Ambitiosa de rebus Eccles. non alienand.* ibi hypothecam, scilicet specialem. Generalis ergo hypotheca permittitur, ut hic probatur à contrario & notat Egidius relaxatus Joan. Andr. n. 1. in ver. *Specialis*, J. son. in l. final. n. 73. C. de iure comper. negotiantis in tract. de Pignor. & hypoth. in 2. memor. 2. part. in 28. Alexander Saticus in repet. d. Extravag. *Ambitiosa* in §. not. vol. 6. Repet. fol. 27.

Dicebat tamen Egidius, & post eum Joan. Andr. hic dicto n. 1. in ver. *specialis*, & Anchar. in 2. not. pro utilitate Ecclesiae specialem & generalem hypothecam esse permittam secundum canones, cas. ad nostram infra cod. Sed cessante Ecclesiae utilitate nec specialem, nec generalem esse permittam. Fatentur tamen prout hic tangit Cardinalis n. 2. in 3. oposti. generalem hypothecam in casu per missio fieri posse sine autoritate Episcopi, per l. penult. C. de his qui ven. etat. imp. ad quod facit etiam l. finalis C. quae res pignor. obligari possunt. Ubi habetur generalis obligationem esse modici praedicti & quamvis ut dicitur Ant. de Butr. n. 6. & Joan. Inol. n. 3. non videatur verum, quod possit fieri obligatio rei Ecclesiae etiam generalis sine autoritate Episcopi, cum illa videatur etiam prohibita; per id quod habetur in §. Si vero con-

SUMMARIUM.

- 1 Emphyteuticum potest meliorationes suas vendere & jus emphyteuticum in alium transferre: concurrens tamen septem requisitis, de quibus hic & n. 3.
- 2 Emphyteuta Ecclesia esse non potest: solutio Canonis per biennium cadit ad iure suo, nisi moram celeriter purgaverit & n. 4.
- 3 In privato autem requiritur triennium.
- 4 Terminus alicui datus ad suam voluntatem declarandam, non est expectandus; si ille prius voluntatem suam declaraverit.
- 5 Terminus ubi prescribitur ad aliquid faciendum, non est opus denunciatione alicui ad moram contrahendam.
- 6 Dies statuta interpellat pro homine.
- 7 Mora purgari potest quando poena non committitur ipso iure. Ibidem, vers. Ultimo nota.
- 8 Alibi secus n. 12.
- 9 Emphyteuta ob Canonem non solvitur, infra statutum tempus non rescinditur ipso facto; sed ita demum si Dominus placuerit.
- 10 Caducitas censetur remissa, si Dominus Canonem accipiat.
- 11 Sive sit Canon temporis futuri, sive prateriti.
- 12 Emphyteuticus contractus est medius inter venditionem & locationem & particeps utriusque.
- 13 Proprius tamen accedit ad naturam locationis.
- 14 Emphyteuta & locatio in quibus differant.
- 15 In Emphyteuti contractu disposita trahi non debent ad contractum locationis perpetua.
- 16 Emphyteuta & locatio perpetua contractus inter se

- magnam habent similitudinem.
- 18 Et de utroque idem est iudicandum.
- 19 In neutro transferitur dominium directum, sed tantum utile.
- 20 Non tamen sunt per omnia similes & equiparati.
- 21 In Emphyteuti solvitur quid minimum pro recognitione.
- 22 In locatione peno debet esse magna, id est fructibus correspondens.
- 23 Locatio iudicatur ex magna pensione; ex modica verb Emphyteuti.
- 24 Etiam si contraheutes in instrumento appellaverint locationem vel Emphyteutism.
- 25 Contractus talis denominatur ad contrahentes: ergo talis est iudicandus, non est bona consequentia.
- 26 Emphyteuti concessa ad tertiam vel quartam generationem, reputatur locatio si pensio fructibus correspondeat.
- 27 Locatio cum possit fieri in perpetuum, multo magis ad tempus, id est ad tertiam vel quartam generationem.
- 28 Pacto ne bona Emphyteutica alienentur in Ecclesia, an sit contra immunitatem Ecclesiasticam & non, seqq. usque in fin.
- 29 Pacto privatarum conveniri potest, ne res in Ecclesia alienentur.
- 30 Idem caveri potest in ultima voluntate.
- 31 Alienatio Emphyteutis etiam in casibus aliis permitti, facta non potest in personam potentiorum.
- 32 Et talis dicitur etiam Hospitalis.
- 33 Item Ecclesia.

Potuit Gregorianum est, ut inquit Joannes Andreas; & ideo legale & se summat. Sed secundum Abbatem & sequaces sic summati potest. Emphyteuta Ecclesie meliorationes suas vendere non potest, nisi servatis hiis de quibus hic & si contra fecerit vel Canonem per biennium non solvere, nisi moram postea celeriter purgaverit: jure potest expelli. Hoc dicit. Primo ponit requisita, ut jus emphyteuticum possit vendi. Secundo contra facientes punit, hic Emphyteuta. Tertio obitaculum solvit hic, non obstante.

Nota primo ex parte textus secundum Host. n. 4. Joann. Andr. n. 1. Butr. n. 3. Imol. n. 1. & Abb. n. 2. sex requisita ad hoc ut emphyteuta possit meliorationes suas vendere & jus emphyteuticum in alium transferre. Primum est ut requiratur Ecclesia. Secundum, ut denuntiet pretium sibi ab alio oblatum: de qua quidem denunciatione plura ponit hic Imola n. 50. Tertium, ut illud sit verum pretium; non autem fictum & simulatum. Quartum, ut Ecclesia non respondente, lapsi sunt duo menses. Quintum, ut non vendat rem ipsam, sed solum jus sibi competens. Sextum, ut non vendat personis prohibitis. Eadem requisita colliguntur ex lege fin. cod. de iure emphyteutico. Addunt & sequuntur ex secunda parte textus: nempe ut non cessaverit per biennium in Canonis solutione; & hoc in Emphyteuta Ecclesie, ut hic & in Aut. Qui rem, cod. de Sacrosancta Ecclesia que est canonizata in cap. ex enim, seu in cap. hoc ius correctum, §. Qui rem 10. q. 2. In privato autem requiritur triennium, ut in lege secunda, cod. de iure emphyt. glossa hic in verbo Per biennium. Host. n. 6. in fine in eodem verbo & reliqui omnes.

Secundo nota hic, si nolle se emere dixerit: terminum alicui prefatum ad suam voluntatem declarandam, non esse expectandum si ille prius voluntatem suam declaraverit; ex quo enim constat de voluntate, non est locus deliberationi, concordat textus in e. ab eo in 2. resp. de appellat. lib. 6. & hic notat Joannes Andreas n. 2. Butr. n. 4. Anchar. n. 2. Imol. n. 1. vers. Item quod ubi est tempus & Abb. n. 4. Ad idem text. in clem. quomvis de appellat. & pluribus exemplis declarat Gem. conf. 121. attentâ formâ statuti ubi est casus.

Tercio nota hic: Non extitit nunciatum. Ubi terminus prescribitur ad aliquid faciendum, non esse opus denunciatione aliqua seu interpellatione ad moram contrahendam; quia dies statuta interpellat pro homine & constituit eum in mora, ut in littera: ad quod allegatur quotidie hoc caput, secundum Abbatem numero quinto; & concordat textus in lege Magnam, cod. de contrahenda & committenda stipulatione.

Ultimo nota hic, celeris satisfactione: moram purgari posse, ut hic & in concordantibus, de quibus in glossa antepenultima. Quod intelligitur verum, quando poena non committitur ipso iure, ut contingit in terminis hujus Decretalis, quia ob Canonem non solum infra statutum tempus non rescinditur ipso facto emphyteuti: donec Dominus directus patitur emphyteutam tenere rem emphyteuticam, ut

patet in littera hic: iust potuisse expelli. Sed ita demum si declaraverit velle eum locum caducitati, ut hic per Innoc. n. 2. Anchar. n. 9. vers. Undertim, Imol. n. 54. & Abb. in ult. not. & tenet Butr. in lege 2. n. 2. cod. de iure emphyt. quem sequuntur communiter Doctores, ut ait Parisius conf. 108. de bono iure n. 33. lib. 1. & alii apud Clarum in §. Emphyteuti q. 9. Ideoque si postea Canonem accipiat, reformatur contractus & censetur remissa caducitas, secundum Innoc. d. n. 2. & Card. n. 20. Sive accipiat Canonem temporis futuri sive prateriti; & est communis opinio contra Bar. in dicta lege 2. n. 8. ut attestatur Gigas de sens. q. 73. n. 3. à qua non esset in practica recedendum, ut ait Clarus in d. §. Emphyteuti q. 10. vers. aut vero sumus in dubio. Sed ubi poena committitur ipso facto: tunc mora, quamvis celeri satisfactione purgari non potest secundum Abb. hic n. 6. vers. ubi autem, qui ad hoc allegat bonum textum in cap. Licet, de supplen. neglig. Prælat. & de materia purgationis mora, vide quod notatur in regula mora, de regulis juris libro 6. & per glossam hic in verbo Celeri.

In glossa prima nota quod contractus emphyteuticus, neque est venditio neque locatio; sed est medius proprium nomen emphyteutis sortitus & utriusque particeps; accedit enim ad venditionem, quia ab initio quando celebratur aliquid datur: sicut in venditione datur pretium; sed tamen differunt, quia per hunc contractum non transferitur dominium directum sicut per venditionem. Proprius tamen accedit ad naturam locationis, quia in ea retinetur dominium & quolibet anno aliquid percipitur sicut in locatione; & ideo magis sub hoc titulo collocatur, ut hic & in littera, de locato, §. adeo & cum hac glossa transeunt communiter Doctores. In hoc tamen differunt emphyteuti & locatio, quia emphyteuti locum habet in rebus soli dumtaxat; sed locatio in omnibus. In eo contractu exigitur scriptura, in aliis non, lege cod. de iure emphyt. Conductor ad modicum tempus non habet jus in re, nec vendit nec vendicat: emphyteuta facit utrumque, ut hic & lege 2. cod. cod. & lege 1. ff. si ager, vers. hinc. Host. hic n. 1. & seqq. Complures alias differentias inter hos contractus post Cinum profertur hic Petrus de Anchar. n. 11. Ideoque disposita in contractu emphyteuti trahi non debent ad contractum locationis etiam perpetua, quia huiusmodi contractus licet inter se magnam habeant similitudinem, adeo ut de utroque loquantur promiscue Juris consultores, ut in Auth. Qui rem hic; qui rem huiusmodi conductum vel in emphyteutis accepit, cod. de Sacrosancta Ecclesia & hic Decius n. 1. & in lege Omnes, cod. de fund. patrim. lib. 11. & de utroque idem sit iudicandum, ut notat Angel. in §. Scire autem in princ. in Auth. de non alien. Bald. in e. querelam in fine de iurejur. Abb. in e. propter sterilitatem in ult. not. de locat. & in specie quod referentio directi domini neque conveniat locationi perpetua in qua non transferatur directum; sed utile tantum dominium, tradunt glossa, Bart. & alii in lege Ceteris, §. Instructo, ff. de legat. 2. Arc. conf. 51. n. 110. vers. ad contrarium. Bellam. vers.

De Locato, & conducto, c. Potuit.

- 23. n. 11. in fine; non tamen in omnibus sunt similes & equiparati, ut dicit Rota dec. 14. n. 26. & seqq. par. 6. recent. & præcipua differentia est, quod in contractu emphyteutico solvitur quid minimum pro recognitione; & hæc est propriè ejus forma & in hoc omnes consentiunt, ut dicit Nata conf. 49. post n. 7. & Clar. post eum in §. Emphyteuti, q. 1. n. 5. vers. Et advertit. In contractu autem locationis solvitur magna pensio, id est quod fructibus correspondeat vel quasi; Ideoque ex modica pensione emphyteuti; ex magna verb locatio iudicatur, Bald. in e. Littera n. 5. vers. modo ergo quæro de dilat. Jason. in lege 1. n. 35. cod. de iure emphyt. Barbat. supra in rubr. n. 8. Alex. conf. 112. per tot. lib. 1. Roland. à Valle alios citans conf. 95. n. 24. & 26. lib. 1. Rinnus conf. 161. per totum lib. 1. Rota dicit, decisio 14. n. 25. & ita concludunt communiter scribentes, ut ait Cagnolus in lege 2. n. 202. cod. de rescind. vend.
- 24. Quod adeo verum est, ut etiam in instrumento contractus appellaverint emphyteutis: adhuc tamen reputatur locatio, si pensio fructibus correspondeat & è converso reputetur emphyteutis, si pensio sit modica: licet contraheutes locationem nominaverint, at latè deducit Neviz conf. 92. per tot. Surd. dec. 198. n. 1. & seqq. Rota dicit dec. 14. n. 11. & 12. par. 6. recent. Et merito, quia contractus non à nomine; sed à pactis, conventionibus & circumstantiis sortitur naturam, ut optime per Corrad. de contract. q. 33. in 2. & 3. supplet. ubi sexcentis exemplis & autoritatibus probat non valere hanc consequentiam: contractus talis dominatur ad contrahentes; ergo talis est iudicandus. Quo fit, ut idem sit dicendum, si concessio in emphyteutis pro magna pensione fuerit concessa ad tertiam vel quartam generationem, quia verba huiusmodi conveniant etiam locationi; quippe que cum fieri possit in perpetuum, multo magis ad tempus; nempe ad aliquot generationes, ut dicit Rota in Narnien. locationis 16. Februarii 1615. & in prælat. dec. 14. n. 6. & 7. par. 6. recent.
- 25. In glossa in verbo prohibentur: quæro an pactum ne bona emphyteutica alienentur in Ecclesiam, sit contra immunitatem Ecclesiasticam.
- 26. Videtur negativè respondendum, nam pacto privatarum inventi potest ne res in Ecclesiam alienentur, lege fin.

cod. de pactis inter emptor. & venditor. & in feudat. c. 1. de prohib. feud. alien. per Feiler. ubi quod nec pro minima relinqui neque adjudicari possunt Ecclesie & in emphyteuticis, glossa & Doctores hic & in lege fin. cod. de iure emphyt. & videtur textus in §. Sanctissimus Auth. de alienat. & emphyt. Idem etiam caveri potest in ultima voluntate; valeatque si caveatur, lege Petu. §. Frater & lege Cùm pater, §. Libertis, ff. de legat. 2. ratio est, quia cum Ecclesia sit immortalis, c. si gratis de reser. lib. 6. c. Libertis 12. q. 2. Dominus directus spe consolidationis perpetuo privaretur, ut conitit ex his que tradit Joannes Andreas in c. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. & hic notant Card. n. 17. vers. sed alienatio in Ecclesiam & Imol. n. 25. vers. Ideo alia ratio: Dominus meus Joannes Franciscus Fagnanus in tractatu de Just. & valid. censur. Pauli V. in Republicam Venetam fol. 60. Imò hæc prohibitio est ex natura contractus emphyteutici, qui etiam in casibus in quibus licita est alienatio irrequisito Domino, ut in donatione non permittit illam fieri in personam potentiorum. Bald. in Auth. Quas actiones n. 13. vers. Primo modo, cod. de Sacrosancta Ecclesia. Gregorius XV. post alios, decis. 519. n. 5. & persona potentior seu privilegiata dicitur etiam Hospitalis Sanctissime Trinitatis convalescentium de Urbe, pro quo emanavit super scriptum dubium Gregorius XV. de dec. 529. n. 6. & dec. 520. n. 11. Nam huiusmodi Hospitalis est locus pius & Religiosus, c. de Zeno doctis & c. ad hæc de Relig. domib. & hic potentior, Silvest. Aldobrand. conf. 49. sub n. 2. Simon. de Preis conf. 54. n. 4. & relictum ei factum, dicitur factum Ecclesie quæ ad hunc effectum negari non potest quin dicatur potentior, ut firmat glossa hic in verbo Prohibentur & Imol. n. 25. Item glossa in lege si ita quis, §. cã lege in verbo Inter esset, ff. de verborum obligat. Bald. in d. Auth. Quas actiones n. 12. in fin. vers. Tertio modo, cod. de Sacros. Eccles. Silvester. in lege fin. n. 14. & Jason. n. 9. cod. de iure emphyt. Nata conf. 491. n. 13. Clar. in §. Emphyteuti q. 22. vers. Persona autem. Silvest. Aldobrand. quæ commanem dicit & rationes allegat d. conf. 40. num. 1. Gregorius XV. d. dec. 529. n. 8. & ita hoc pactum non esse contra immunitatem Ecclesiasticam, fuit resolutum in Congregatione particulari de Mandato Sanctissimi habitâ die 26. Maii 1630.

DE FEUDIS

Innocentius III. Marienn. Episcopo.

CAPUT I.

In fine presentium declaramus, quod gageria quam de feudo Ecclesie tue ab M. dignosceris recepisse, à te potest liberè detineri, fructibus non computatis in sortem: ita videlicet, ut quamdiu fructus illos perceperis in sortem minimè computandos, idem M. à servitio, in quo tibi & Ecclesie tue pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia si à vassallo suo recipit feudum in signis abstinento ab ejus servitio, non tenetur fructus in sortem computare.
- 2 Idem in feudo seculari, n. 4. & seq.
- 3 Ujura est iuri sacre fructus rei pignoratæ.
- 4 Res de facili redit ad primitivum naturam.
- 5 Ujura respectu laicorum est execranda, sed respectu Clericorum execrabilior.
- 6 Lex postiva non potest super ujuris quemquam privilegiare.
- 7 Dominus recipiendo rem emphyteuticam in signis ab emphyteuta cui pecunia mutuatur, an teneatur computare fructus in sortem.

- 8 Feudalis & emphyteuticus contractus sunt ejusdem nature.
- 9 Et decisioes loquentes de fundo locum habent in emphyteuti, si sit eadem ratio & contrarium non reperitur in iure expressum & n. 13. & 14.
- 10 Jus accrescendi an habeat locum in emphyteuti à duobus fratribus empti ex communi pecunia & n. seqq. usque ad fin.
- 11 Jus accrescendi in feudo vel emphyteuti non habet locum cum plures pro se & filijs à principio stipulantur.
- 12 Et quid si feudum vel emphyteuti fuerint acquisita ex bonis communibus & n. seq.
- 13 Argumentum à feudo ad emphyteuti an & quândo pro-

- cedat & u. seqq.
- 14 Feudalia iura an possint allegari in emphiteusi ad decisionem casarum & n. seqq.
- 15 Jus accrescendi cur habent locum in feudo empto à fratribus simul habitantibus ex communi pecunia.
- 16 Argumentum de feudo ad emphiteusim non procedit quando

Institutione. Si Ecclesia à vassallo suo recipit feudum in pignus, abstinendo ab ejus servitio non tenetur fructus in fortem computare. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Anchar. & Imol. Est casus singularis, qui alibi non legitur secundum Abb. sed certe casus habetur in *c. Conquestus in fin. vers. Nisi infra de usuris*; & ideo licet sit casus notabilis, non tamen est singularis, ut inquit Imol. hic num. 8. *vers. Concordat*. Dividitur in duas partes. In prima ponitur dictum. In secunda limitatio, ubi dicitur.

Nota ex textu casum valde notabilem in quo creditor potest licite retinere fructus rei sibi pignorate eis non computatis in fortem, videlicet cum Ecclesia feudum proprium Ecclesie recipit in pignus à vassallo suo, cui pecuniam mutuavit, potest enim absque vitio utatur fructus hujusmodi lucrificari quoad tamen à vassallo servitium sibi debitum non recipit. Concordat *d. c. Conquestus in fin. de usur. cum suis gloss. in verb. de feudo*, & hic notant Butr. & Anchar. n. 3. Imola n. 2. & Joan. de Anan. n. 4. Joan. Andr. & sequaces *& in summ. tex.* Sed cum alias fructus rei pignorate in fortem sint computandi, est creditor illos lucrificari, utram committat, ut *c. 1. & 2. infra de usur. cap. Ad nostram il. primò, supra de jurjur. c. Cum contra infra de pignoris l. 1. & 2. C. de pignor. actione*. Multum torquentur DD. in indaganda ratione hujus decisionis & in solutione contrarii, indeque emerferunt plures & vari intellectus ad hanc Decretalem, quos hic prosequuntur Joan. Andr. Card. Imol. Abb. & alii: vera tamen & communis solutio est, quam ponit Card. num. 2. videlicet, quòd Dominus directus non dicitur recipere aliquid ultra fortem quia cum vassallus abinteat à servitio Domino debitus, perinde est ac si res pignorata non esset feudalis: Nam cum Dominium directum utque ab initio remanserit penes Dominum, si Dominium utile revertitur ad eum ex voluntate vassalli pignorantis, sit consolidatio ipsius Domini utilis cum proprietate, unde Dominus non dicitur percipere fructus ex aliena re, sed ex propria: Cum enim vassallus interim liberetur ab obligatione, qua Domino tenetur in servitio exhibendis consequenter dissolvitur vel saltem suspenditur obligatio inter eos contracta; & res feudalis redit ad primævam naturam *arg. l. Si unus, §. Pactus ne peteret, & §. seqq. ff. de factis, cap. Super quadam, §. Porro de offic. delegat. cap. Cum venerabilis*; ibi, nec intelligatur de censibus. Hoc ergo vult hanc littera ut Dominus quoad vassallum non prestat servitium, uti possit fructibus rei feudalis, ac si feudalis non esset. Et hæc solutio est & lecturam Cardinalis alii omnibus rejectis probatur Imola hic n. 7. ad fin. *vers. Unde alii dixerunt*, & quòd Abb. n. 5. *vers. Quanta lecturam dixerit communiorem*, & Joan. de Anan. num. 4. *vers. Ideo dicunt alii*.

4 Sed dubium est an decisio hujus textus vendicat sibi locum in feudo seculari. Quidam opinantur non habere locum in feudo Ecclesiastico, quia textus specificè loquitur de Ecclesia ut patet ibi: *quam de feudo Ecclesia tunc ab M. dignoscitur recipere*. Et eodem modo loquitur *cap. Conquestus*, ibi, nisi ipsa terra de feudo sit Monasterii vestri de usuris. Et dicunt hoc esse speciale privilegium Ecclesie, cum in aliis non reperitur expressum; ideoque Joan. Andr. & sequaces summant text. in Ecclesia recipiente feudum à suo vassallo. Sed hanc opinionem confutat Host. in *summa de usur. §. An aliquo casu, vers. Quod dicitur*. Et quidem jure optimo, quia aut hoc licitum est, aut illicitum; si licitum: ergò etiam laico, qui eadem ratio & ideo idem jus; *c. Translato de constitution. c. Tua de consanguinit. & affinit.* Si illicitum, multò minus debet concedi clerico quam laico, quia cum usura respectu laicorum sit execranda, respectu clericorum est execrabilior, ut *cap. 1. & 2. infra de usuris*: Nam & multa licent laici que clericis illicita sunt, *cap. Fornicari 88. distinct. c. Filii, de testam. cap. 1. & per tot. ne cleric. vel monach. cap. fin. de vita & honest. clericorum*; quamobrem cum Papa hic decidat hoc licitum esse in feudo Ecclesiastico, multò fortius debet censeri licitum in feudo seculari, *arg. cap. Per tuas infra de donationibus* quia non debent viti Ecclesiastici esse exactiones, nec lucra temporalibus inhære, *cap. Ex parte, in fin. de censu.* Si enim venalitas reputatur respectu laicorum, multò fortius respectu clericorum *cap. Nullus ita v. qu. 1. Item ratio decisionis, ut supra à Cardinali considerata æquè viget in feudo seculari atque in Ecclesiastico, ut ipsemet Cardinal. advertit *num. 2. in fin. vers. Hoc ergo vult hæc littera*, Imol. num. 8. *vers. Et hæc ratio & Abb. num. 5. vers.**

- 17 Jus accrescendi non habet locum in contractibus.
- 18 Argumentum de feudo ad emphiteusim in materia juris accrescendi non procedit affirmative, & n. seqq.
- 19 Jus accrescendi an habeat locum in emphiteusi pluribus concessa ex causa noxia.

Et ratio hæc fertur. Neque verò hæc Decretalis continet privilegium; quia cum utramque testamenti pagina detulerit ut *cap. Quoniam & cap. Super eo, de usuris*; minime potest Lex positiva super usuris quemquam privilegiare, quia sic privilegaret super peccato, ad hoc textus optimus, in *cap. Sunt quidem 25. quæst. 1. & quod notat Joan. Andr. in regula peccatum in 3. & 4. art. principali de reg. juris lib. 6. & ex communi tradit Imol. hic num. 7. vers. Sed hoc non placet Hostien. Sed continet jus commune, ut probat hæc littera in *verb. Declaramus*. Secundum Host. hic in princ. & Joan. Andr. *numer. 1. & Card. post princ. vers. Alii dicunt*, quod hoc continet gratiam. Nam declaratio novum jus non inducit, sed quod prius latebat manifestat, *l. Haereses palam, §. Si quid post factum, ff. testam. & probavi latissime in cap. Quoniam a. n. 15. supra de constitutionib.* Conclude igitur decisionem hujus textus obtinere tam in feudo Ecclesiastico, quam seculari. Ideoque Card. & Abb. non summant Decretalem in Ecclesia, sed in Domino recipiente feudum in pignus à vassallo suo iuxta communem intellectum & Joan. de Anan. summant in Ecclesia vel Domino & hoc tenent.*

Sed majus dubium est, numquid decisio hujus textus vendicat sibi locum in Domino recipiente rem emphiteuticam in pignus ab emphiteuta, cui pecuniam mutuavit, Hostien. hic num. 6. *vers. Quid de emphiteuta*, simpliciter dicit: Consulat Principem. Et mox remittit ad summam in *tit. de usuris, §. An aliquo casu, vers. Quid ergo de emphiteuta*. Ubi ait forte idem esse in emphiteuta quod in vassallo, quia ead. ratio. Deinde refert contrariam opinionem, quia non gratuitè recipit emphiteuta sicut vassallus. Nam emphiteuta in introitu solvit certam pecuniam quantitatem. Et tandem concludit super hoc Papam esse consulendum & eum simpliciter refert Joan. Andr. hic num. 3. Sed Anton. de Butr. num. 4. circa fin. *vers. An autem dispositis*, dicit rem esse extra dubium, si contractus emphiteuticus non tenet, quia tunc Dominus recipit fructus non ex pignore, sed ex re propria, & ideo non tenetur, eot in fortem computare. Quod plerumque est. Sed si contractus tenent, Butr. dicit rem dubiam, quia tunc aliquoties leduntur regule juris. Et ideo non audeat trahere dispositionem hujus textus ad alium casum, nisi extendi fieret per habentem potestatem extendendi & jus concedendi.

Tu considera, quia cum hæc Decretalis non continet privilegium vel gratiam, sed jus commune, ut ostentum est supra num. 6. quòd decidit in feudo, potest etiam intelligi decisum in emphiteusi, quia in utroque inlucet eadem ratio. Nam sicut Dominus quoad rem tenentem servitium vassallo, non censetur percipere fructus ex re pignorata, sed ex re propria, quia interim res feudalis redit ad primævam naturam & Dominium utile censetur consolidatum cum proprietate: eadem ratione quoad rem tenentem rem emphiteuticam mercedem, seu pensionem solvendam, res emphiteutica pignori tradita revertitur ad primævam naturam & Dominium utile cum directo consolidatur, ita ut proprietati Dominus non ex re pignorata, sed ex re propria fructus percipiat, ob quam rationem ita concludit Joan. de Imola hic num. 8. *post med. vers. An autem dispositis*. Subdens hoc satis posse de jure sustineri, ex quo per omnia est eadem ratio: licet Doctores videantur velle contrarium, videlicet non esse faciendam extensionem extra istum casum, ut hic per Cardinal. in *§. quæst.* Sed ut prædixi, hæc non est extensio, sed comprehensio, quia contractus feudalis & emphiteuticus sunt ejusdem nature ut notat Specular. in *tit. de feudis §. Quoniam super homagii no. 63. ad fin. vers. Non interest etiam*, & ubi concurrunt eadem ratio, nec contrarium reperitur in jure expressum, decisiones loquentes de feudo vendicant etiam sibi locum in emphiteusi, ut notat Bald. in *cap. 1. in fin. quibus modis feud. concessus pot. in usib. feud.* Paulus de Castro *conf. 260. Notandum in fin. lib. 2. Alex. conf. 7. In consultatione n. 5. lib. 5. & est communis opinio, ut attestatur Soc. sen. in conf. 167. Non inuitis *questio n. 24. lib. 2. latissime Evarad. in sua censur. legalis in loco à feudo ad emphiteusim, & latius dicitur infra numer. 13. & seq.**

Extra. Quæro an sicut in feudo ita & in emphiteusi à duobus fratribus emptæ ex communi pecunia habeat locum jus accrescendi; necne?

Communis est regula pertinens tam ad feuda, quam ad emphiteuses, quòd cum duo pluresve pro se & sibi à principio stipulantur feudum vel emphiteusia, licet postea aliquis ex eis sine prole decedat, ejus portio aliis superstitibus non

accrescat, sed ad Dominum directum revertatur ut defuendo dicit esse communem opinionem Clar. *§. Feudum quæst. 77. & in emphiteusim, in §. Emphiteusi qu. 39. Corbul. de jure emphiteusim, tit. de caus. privar. ob lin. finit. nu. 33.* Quæ regula limitatur quidem in feudo, quoniam fuerit acquisitum per fratres ex bona communibus per text. in *cap. 1. de bon. fratre. & gloss. in c. 1. §. Cum vero Contractus alia. Et quia vidimus in verb. Nominum de his qui tend. dar. poss. Alvaror. ibi n. 9. vers. Oppono, Berous, conf. 113. num. 43. in 2. vol. Ludovicus Roman. in l. fin. C. Quand. non pot. par. per. accresc. n. 41. vers. Aut hoc non convenit. Sed hujusmodi limitatio nusquam traditur à Doctoribus in emphiteusi. Quamobrem dubitatur, an in ea quoque sibi locum debeat vendicare.*

Pro opinione affirmativa adducitur Bart. in *l. Si mihi & Titio n. 4. ff. de verb. oblig. dum ad vendendas plures questiones circa jus accrescendi in emphiteusi adducit text. loquentes de feudis, quasi sentiat, quidquid in feudis de jure accrescendi est dispositum in usus feudorum habere etiam locum in emphiteusi in omnibus & per omnia & ita Bartol. sentire interpretatur. Castr. *d. l. Si mihi & Titio numer. 3. Corbul. post Salic. in tit. de caus. privar. ob lin. finit. num. 119. Evarad. in loco à feudo ad emphiteusim. num. 19. ubi Cyn. & Alber. in hanc sententiam citat & in hac materia juris accrescendi validum esse argumentum de feudo ad emphiteusim, tradit *Jaf. in ead. l. Si mihi & Titio num. 12. vers. primum fundamentum & Bald. conf. 250. incip. Considerandum numer. 2. in 2. vol. Quo opinio quoad casum naturam confirmari potest. Nam quavis valde sit contraria ea questio. An jura feudalia possint allegari in aliis materiis & præsertim in emphiteusi ad decisionem causarum, quam latissime examinat *Jaf. in l. 1. C. de jure emphiteutic. n. 55. & Alber. in loco supra cit. tamen non videtur dubitandum, quin allegari possint quocunque sunt feudata in jura & naturali ratione ut per *Jaf. in d. l. 1. num. 60. Evarad. ibid. num. 44. Roman. conf. 112. n. 4. ubi Apost. n. 11. in verb. validum, alios citat. Et verò ratio propter quod jus feudorum disponitur in feudo empto à fratribus simul habitantibus ex communi pecunia habeat locum jus accrescendi, ea est, quam ibi in princ. reddidit Bald. scilicet quia simul contractibus censetur sibi invicem prospicere & auxiliari; & ideo quisque illorum videtur velle, ut alter sibi sine prole decedat, & ideo ab hoc jure in justa & naturali ratione feudato ex supra dictis argui potest ad emphiteusim. Contrarium tamen videlicet hujusmodi limitationem non procedere in emphiteusi probari videtur, quia de feudo ad emphiteusim secundum communem sententiam non licet arguere in casibus in quibus obtinet regula vel dispositio juris communis ut concludunt opiniones declarat *Alex. in l. Drontio §. in feudum num. 3. ff. solus. Matrion. Et hanc opinionem testatur esse communem Apollilla ad Roman. in d. conf. 112. in verb. validum. Quin verò hoc casu obiter regula juris communis non est quòd dubitemus, cum in******

15 contractibus ut est emphiteusim, non habeat locum jus accrescendi *d. l. Si mihi & Titio, ubi DD. Quæ ratio Ludov. Roman. in l. fin. C. quando non pot. par. per. accresc. n. 53. vers. Non obstat tertium fundamentum, scribit in materia jus accrescendi non procedere argumentum de feudo ad emphiteusim: Quod confirmatur ex *Bald. in auth. Quas ruitas, cod. de jurjur. Ecclesiis, dum querens de jure accrescendi in emphiteusi, utitur argumentis deductis ac ipso jure accrescendi non autem à jure feudorum, ut animadvertit Castr. *d. l. Si mihi & Titio, post fin. vers. Bald. autem. Idem sentire videtur Alex. in d. l. Si mihi & Titio num. 11. & 15. in fine, ubi expressè confirmat doctrinam Bartol. arguens de feudo ad emphiteusim. Quibus possunt etiam adjungi multi Doctores & præsertim Raphael. Cuman. & Imol. ratè ibidem per Alex. n. 15. qui in illa questione; & inter fratres descendentes à primo investito habeat locum jus accrescendi assentiuntur Bartolo propter quartam rationem ab eo traditam, improbat primis tribus, inter quas erat ratio illa; quòd ita erat decisum in feudis per jura feudalia. Quam rationem cum impugnare, satis ostendunt se non putare in hac materia jus accrescendi rectè argui à feudo ad emphiteusim. Idemque sentire videtur Bald. in *d. l. unie. cod. quando non pot. par. per. accresc. num. 30. ubi omnibus rationibus Bartoli in eadem questione juris accrescendi reprobat, eidem opinioni quam Bartol. tenetur adherendo rationem aliam deductit, quæ non ex jure feudorum, sed ex communi jure civili deponitur. Accedit quòd cum Doctores exactè & distinctè tam quoad feudum, quam quoad emphiteusim casus omnes proponant eos deci-****

16 17 18

Fagnan. in III. Lib. Decretal.

dant, in quibus jus accrescendi locum habet vel non, inter quos præ aliis diligenter & prolixè materiam hanc prosecutur Roman. in *d. l. fin. & cum agunt de jure accrescendi in feudis hujusmodi limitationem tempore adducit, Cum autem agitur de emphiteusi, ejusdem limitationis mentionem non faciunt, satis insinuare videtur non debere locum sibi vendicare; quin etiam expressè quodammodo sentio videtur eam in emphiteusi non habere locum, dum in specie scribant in emphiteusi concessa duobus, ex causa onerosa, *19* habere locum jus accrescendi si concedentis interit ut cum magna est pensio fructibus correspondens, Cum autem non interit concedentis, ut cum minima est pensio non habere locum, ut per Alex. post alios *d. l. Si mihi numer. 12. & 13. & sic non distinguunt an emphiteusim sit emptæ ex pecunia communi, sed tantum an interit concedentis. Et cum hic contractus duorum fratrum de communi pecunia emanatum sit frequentissimus & DD. in specie agant de duobus ex causa onerosa investitis; sane expressè illi in eo sensissent habere locum jus accrescendi; & tamen contrarium potius affirmare videntur, cum dicant generaliter in emphiteusi ex causa onerosa duobus concessa non habere locum jus accrescendi, nisi interit concedentis, ut dictum est.**

Bartol. autoritas in *d. l. Si mihi & Titio*, ad rem facere non videtur, tamen enim ad confirmationem eorum, quæ scribit de jure accrescendi in emphiteusi, adducit jura feudalia; non tamen inde sequitur ut sentiat in materia juris accrescendi emphiteusim debere regulari in omnibus secundum naturam feudi; quòd probatur primò, quia si id Bartol. sensisset non oportuisset ad confirmandas, quæ sequuntur opiniones adducere alias rationes, sed satis tulisset textus de feudo loquentes & tamen Bartol. quasi eis non quiescens, adducit alias rationes, quas putat fortiores quam adducere textus loquentes de feudis ut patet ibi *num. 5.*

Secundo, quia cum alie rationes, quas Bart. adducit deducantur à jure communi & à contractibus & ultimis voluntatibus, quali velit in materia juris accrescendi quomodo illis disponitur, etiam in his locum habere, necio cur velimus potè prevalere potius in emphiteusi jus feudorum, ad inducendam hanc limitationem quam contractum, in quibus hæc limitatio locum non habet ad eam excludendam. Neque obstat, quòd Bartol. doctrina in *dist. l. Si mihi & Titio*, sit communiter approbata teste *Alexand. ibi num. 11. quia est approbata quoad opiniones, quæ defendunt, scilicet quando habeat locum jus accrescendi in emphiteusi, non autem quoad rationes, & præsertim eam, quæ arguit de jure feudorum, quam multi D. D. impugnant, ut supra est dictum. Paulus de Castro, qui solus ex his explicitè sentit quidquid in materia juris accrescendi in feudo disponitur, habere locum in Emphiteusi, hanc opinionem tribuit Bartolo, cum revera ita non sentiat, ut est demonstratum. Salicet. in *l. unie. C. quando non pot. par. per. accresc.* est examinatis nonnullis questionibus de jure accrescendi in feudis *num. 20. querat de emphiteusi, ut subjunctis questionem ea esse decisam ex his, quæ dixerat de feudo: tamen hoc ideo dixit, quia in illis questionibus, quas circa feudum examinaverat, quæ scripsit in materia juris accrescendi, conveniebant cum emphiteusi, & regule juris congruebant utrique ut eum legenti patet. Sed in causa nostro regule juris in emphiteusi repugnant, ut est dictum Evarad. tamen aperit dicit disposita in feudo quoad jus accrescendi habeat locum in emphiteusi, tamen postea videtur dubitare, cum lectorem rejicit ad loca vulgata. Quia etiam Angel. Cin. & Alber. ab ipso citati, sicut & Bald. in *d. conf. 250. parum ad rem faciunt. Nam cum dixissent in feudo duobus concesso non habere locum jus accrescendi, postea subdunt idem in emphiteusi. Quibus in locis ipsi rectè arguunt. Nam cum in contractibus non habeat locum jus accrescendi per *d. l. Si mihi & Titio, & cum feuda, quam emphiteuses sine contractibus, & sic regule juris quoad jus accrescendi negandum utrique congruunt, rectè arguunt de feudo ad emphiteusim. At non è converso licet arguere ad jus accrescendi inducendum, ut scilicet quoniam habet locum in feudo, habeat etiam locum in emphiteusi, quia in hoc casu jus speciale unius non trahitur ad aliud jura regule repugnant, quæ jus accrescendi non admittit in contractibus. Corbul. id persequenti ita dicit, & citat Bart. & Salicet ex quibus hoc non colligitur dictum est.****

Itaque cum questio sit valde dubia, nec à Doctoribus aperit explicata, nunquam audeo considerare, ut ita roretur in hoc casu habere locum jus accrescendi, cum in casu tam frequenti nullum Doctorem invenire poterimus, cujus autoritate in re tam gravi, & exemplari imitari possemus.



DE FEUDIS.

Idem Innocentius III. Mediolanen. Archiepiscopo.

CAPUT II.

EX parte tua nostro est Apostolatu referatum, quod sepius dubitasti, utrum cum contingit vassalum tuum decedere, & ad te feudum ipsius redire, feudum ejus alii liceat tibi dare, quamvis juramento teneris alitricus non infeudare de novo, Romano Pontifice inconsulto? Ad hæc si vassalum tuum feudum alienare contingat, an ipsius filium vel consanguineum ejusdem feudi consortem, de ipso valeas investire? Alia quoque dubitatio continebat, ut cum feudum alienatum repereris, quod per te facile recuperare non potes: utrum possis alicui laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per Ecclesiam recognoscat: & infra. In primo ergo casu feudum decedentis liberè (si videris expedire) concedas, atque in secundo filium vel consanguineum alienantis investiens, in tertio feudum alienatum poteris ei licenter concedere, per quem ipsa Ecclesia valeat rehabere.

SUMMARIUM

- 1 **F** eudum per obitum Vassalli ad Ecclesiam revertitur. Declaratur, ut n. seqq.
- 2 Feudum personale ad filium non extenditur.
- 3 Femina non succedit in feudo, nisi expresse sit cautum in investitura.
- 4 Juramentum de non infeudando, Papa inconsulto referatur tantum ad bona, quæ nunquam fuerunt infeudata, non autem ad bona feudalia. Bona infeudari, vel emphiteutici solita non sunt de mensa Ecclesie, ibid. & n. 9.
- 5 Juramentum de non infeudando intelligitur ut terram non feudalem constituit feudalem.
- 6 Juramentum de non alienando non extenditur ad bona in emphiteusim dari solita.
- 7 Bona Ecclesie dicuntur solita dari in feudum vel emphiteusim, quando infra quadraginta annos his fuerunt data.
- 8 Bona desinunt esse feudalia quando Prelatus ea descripsit inter bona mensæ Ecclesie, vel quando ex illis fructus collegit, tanquam ex bonis mensæ incorporatis.
- 9 Feudalia bona per alienationem vassalli ad Ecclesiam devoluta Episcopus de novo infeudare potest filio vel consanguineo alienantis, non obstante juramento de non infeudando.
- 10 Item potest illa infeudare etiam extraneo si sit talis, ut mediante illius persona possit Ecclesia bona sic alienata recuperare.
- 11 Vassallus alienans feudum sine consensu domini directi cadit ipso jure a feudo.
- 12 Papa an possit in prejudicium successorum investire aliquem de feudo nondum devoluto consentiente vassallo, & num. seqq. Et quid post Bullam Pii V. num. 30. & seqq. usque in finem.
- 13 Et an possit sine consilio, & assensu Cardinalium declarare super evidenti utilitate, & num. 18. & seqq. usque ad num. 30.
- 14 Successor non tenetur ratam habere investituram non explicitam prædecessoris de feudo quod alius tenet, nisi eo consentiente alius fuerit investiturus.
- 15 Investitura de feudo nondum aperto de consensu vassalli non expirat morte infeudantis.
- 16 Et ligat successorem.
- 17 Papa potest ardua explicare sine Cardinalibus. De potestate absoluta, n. 24.
- 18 Nec valet contraria consuetudo. Et lex contraria non ligat successorem, n. 23. Prescriptio contra supremam Papæ auctoritatem non valet d. n. 19.
- 19 Cathedra alium potestas à solo Papa emanat.
- 20 Papa de honestate non potest ardua tractare sine Cardinalibus.
- 21 Valet tamen consuetudo in contrarium.
- 22 Cardinalium consensus in infeudatione magna civitatis de necessitate non requiritur, sed de honestate tantum.
- 23 Princeps potest infeudare urbem civitatem, sed etiam provinciam & ducatum.
- 24 Causa evidentis utilitatis infeudationis an presumatur in Papa, & an sit standum illius assertioni.
- 25 Bona infeudari solita possunt de novo in feudum concedi, & causa presumitur ab initio intervenisse.
- 26 Alienatio ritè & rectè facta non potest per successorem infringi.
- 27 Civitates, & loca Ecclesie Romana infeudari, seu alienari solita ad tam devoluta & devolutoria, ipso jure Camera Apostolica incorporata censentur ex Bolla Pii V. Etiam antequam devolvantur ex declaratoria Innocentii IX. n. 24. & seqq.
- 28 Et de hujusmodi infeudatione tractantes, camque Papa infirmantes sunt excommunicati & alias penas incurrun, ut in eadem Bulla Pii V.
- 29 Cardinales jurant loca Ecclesie Romana non infeudare.
- 30 Et idem jurat electus in Papam.
- 31 Papa potest durante generatione investiti in feudo aliis investituram concedere in casum devolutionis. Secus sunt Declaratoria Innocentii IX. n. 24. & 35.
- 32 Bulla Pii V. de non infeudandis locis Romana Ecclesie comprehendit etiam gubernia ultra triennium.
- 33 Sed non comprehendit terras, & loca confiscata.
- 34 Item nec loca, quæ Camera Apostolica emit à Baronibus.

EX parte. Ponit tres casus, in quibus non obstante juramento de non infeudando potest Episcopus antiquum feudum ad Ecclesiam revertem novo vassallo concedere. Hoc dicit, & est casus valde notabilis interpretans juramentum de

est personale, quia ad filium non extenditur, ut in tit. quib. mod. feud. acquir. circa princ. alias est in tit. de lit. qui feud. dar. post. §. 1. Hostiens. hic. num. 1. in verb. Redire: Vel quando fuit concessum pro se & filiis, & vassallus decedit non superfluitus istis masculis; nam femina, nisi expresse sit cautum in investitura non succedit in feudo, ut cap. 1. §. Hoc autem de iis, qui feud. dar. post. & cap. 1. §. Filia de success. feud. Hostiens. ubi supra, Joan. Andr. num. 1. in verb. redire, Anchar. in 2. not. & Abb. num. 2. & est communis regula, ut Decius inquit, conf. 139. incip. Et diligenter n. 2. vers. Sed tantum, ubi allegat concord. & Clar. in §. Feudum q. 73. in princ.

Secundo nota ibi, quomodo juramento teneris adstrictus. Juramentum prelitum à Prelato de non infeudando, Romano Pontifice inconsulto referri tantum ad bona, quæ sunt de mensa Ecclesie, id est, quorum dominium directum, & utile est penes Ecclesiam & sic ad illa, quæ nunquam fuerunt infeudata, non autem ad bona feudalia, seu ab antiquo in feudum dari solita. Hæc namque si ad Ecclesiam revertantur, de novo ab Episcopo infeudari possunt, juramento non obstante, ut hic est casus in primo responso, & notat Bernardus hic post casum Innoc. in princ. & ad finem in verb. Concedat, Abb. Antiq. in verb. De novo, Host. num. 1. in verb. Infeudare. & in verb. De novo, Joan. Andr. num. 1. in 2. not. ver. Butr. in 1. not. Anchar. num. 1. & Abb. Sicil. in 2. not. Et est ratio secundum Innocentium, quia juramentum de non infeudando intelligitur ut rem feudatariam constituat, id est, ut terram non feudalem constituit feudalem, ut expicit Joan. Andr. ubi supra.

Et quod dictum est de feudo, idem intelligas de emphiteusi, nam juramentum de non alienando non extenditur ad bona emphiteutica, ut hic per Abbatem in 2. not. Ad hoc Extravag. Pauli II. Ambrosia de reb. Eccles. non alienan, ibi, Ac de rebus, & bonis in emphiteusim ab antiquo concessi solitis.

Dicitur autem res Ecclesie consueta dari in emphiteusim vel infeudum quoad hoc, ut possit alienari sine solemnitate, cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. lib. 6. & cap. Sine exceptione 12. q. 2. Quando ita fuit concessa, saltem per duas vices, & lapsi fuerunt quadraginta anni, ut in emphiteusim tenet Dec. conf. 142. Protrahi facultate num. 4. vers. Et solam super est respondere, ubi allegat Bald. in l. De quibus num. 85. ff. de legib. qui tamen nihil dicit de duabus investituris, sed tantum de tempore annorum quadraginta. Et in feudo originaliter voluit Jacob. de Belvis in c. 1. tit. 1. Ia ubi supra, & in tit. Episcopum vel Abbatem cap. 1. ubi concludit rem dici consuetam infeudari, quando intra quadraginta annos his fuit data fructuaria utilitate, & eum sequitur Imola hic n. 37. Et consulendo Jaf. in conf. 155. Ut veritas col. 3. paulo post princ. vers. Dicitur autem res Ecclesie consueta dari in feudum vol. 2. ubi alios citat, & dicit ab hac sententia neminem discrepare. Afflict. dec. 305. n. 10. Cler. de commun. in §. Feudum q. 13. n. 4. vers. Nunc pro intelligentia quarto. Et quamvis referat Curt. jun. de feud. in 1. par. 2. partis principalis q. 4. & Ruit. in conf. 35. n. 30. ubi. 1. dicentes sufficere, ut præcedat tantum infeudatio solemniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum, & hanc esse communem opinionem, tamen, ut ait Clarus, hæc opinio non tenet sine difficultate, & ideo prima esset tenenda tanquam tutior, & quæ minus favor alienationi rerum Ecclesiasticarum. Sed tenet Dominus de Rota de c. 160. n. 5. par. 2. divers. pluribus citatis dicit illud solitum probari, aut per duas locationes cum cursu quadraginta annorum, aut per duas solemniter factam, & hanc esse communem conclusionem, quam tenet Rota in Zamoren. Locationis coram Seraphino 24. Decembris 1579.

Et converso item res dicitur non amplius solita infeudari, quando Prelatus cum descriptis inter bona mensæ Ecclesie, vel quando per multum tempus colligendos fructus ipsius rei solite infeudari, prout facere consuevit ex aliis rebus, & bonis mensæ incorporatis. Et hanc opinionem dicit esse communem Moderni, quos referat Curt. jun. in d. 1. par. 2. partis principalis q. 5. & sequitur Clar. ubi supra.

Et hinc collige, bona consueta infeudari, vel dari in emphiteusim, non esse de mensa, quia in illis Ecclesia non habet dominium utile, sed solum directum, ut hic declarat Imol. in fin. & tenet Innoc. in verb. Campanis, e in quo Host. & Jo. Andr. n. 4. in cod. ver. & alii transeunt.

Tertio nota ibi, filium vel consanguineum Bona feudalia per alienationem vassalli ad Ecclesiam devoluta, juxta text. in §. 2. & 3. quib. modis feud. amitt. posse de novo ab Episcopo infeudari filio, vel consanguineo ipsius vassalli alienantis non obstante juramento de non infeudando, ut similiter hic est casus in secundo responso.

eriam extraneo, si sit talis, ut mediante illius persona possit Ecclesia bona alienata recuperare, ut in littera, scilicet de facto, quia de jure vassallus alienans alique consueti dominii directi ipso jure cadit a feudo seu a jure feudi, secundum Innoc. hic circa modum in verb. Recuperare, Abb. Antiq. n. 1. in cod. ver. Host. n. 4. & Jo. Andr. n. 3.

Extra Quæro, An Papa possit in prejudicium successorum investire aliquem de feudo nondum devoluto, consentiente vassallo. Et cum debeat consistere de vera, & evidenti utilitate Ecclesie stante declaratione Gregorii XIV. in Consistorio secreto, de qua infra sub n. 33. An Papa possit sine consilio, & assensu Cardinalium declarare hanc evidentem utilitatem. Quoad primum dubium videtur affirmative respondendum per text. apertum in cap. 1. q. 1. success. feud. dar. ten. ubi disponitur expresse, & ita summat Bald. ut quamvis successor Prelatus non cogatur investituram à Prædecessore factam, & non completam de feudo, quod alius tenet ratam habere, tamen id locum non habet, si eo consentiente: qui feudum tenet, sit alius investitus. Nam consensus hujusmodi operatur, ut successor Prelatus tenetur complere, cum aliter non teneretur, quasi infeudatio rei, quam non tenebat infeudans, cum non remaneret in finibus promissionis seu promissio in finibus investiture verbalis, ut considerat Henr. in d. c. 1. num. 5. & operatur, ut factum Prædecessoris dicatur tunc de jure consummatum. Ex quo sequitur, ut eum iam gratia sit facta cum effectu, non exproper per obitum concedendis, ut ponderat ibi Bald. num. 4. Alvarot. num. 3. Præsup. num. 2. & Jacobin. num. 2. Et ratio est patenti, nam cum talis investitura sit valida, quia jure feudorum sulcitur, nec male factam dicitur, quod ut legis auctoritate, ut advertit Isern. ubi supra num. 13. vers. Unde dicit. Prelatus dicitur ritè concessisse, unde nondum judicandum est, ac si ipsa Ecclesia contraxisset, quæ nunquam moritur, ita Bald. ibi ante num. 5. qui testatur num. 12. innuere sine consensu vassalli tenentis obligationem Prelati dici personalem, quæ successorum non obligat, quia nihil in eam transmittitur: At cum consensu dicitur realis, & perpetua obligatio Ecclesie, quæ obligat successorum.

Secundum dubium similiter videtur affirmative respondendum: cum vera & communis sit scripturatum consilio, Papatium solum posse sine Cardinalibus ardua explicare, ut testatur Gemini. qui adducit in contrarium respondet, in cap. Super eo, num. 4. vers. Communis consensu, de hæret. lib. 6. Et hæc esse veritatem sententiam ostendit Hier. Zanettinus in tract. de differ. jur. civil. & can. in 24. differ. num. 33. quam etiam veram & communem dicit, & latissime comprobatur Cardinal. Jacob. de Concil. lib. 7. art. 5. Cap. de conclus. in verb. Oportet scire, num. 177. cum pluribus seqq. & in responsione ad contraria in verb. Ad illud. 259. Et in tantum potest Pontifex ardua per le expedire, ut si in contrarium adesse consuetudo, illa non valeret; tum quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ contra quam non valet aliqua prescriptio, ut notat Abb. in cap. 2. num. 4. de Cleric. non resit. sequitur Jaf. in l. Placet num. 11. C. de Sacros. Eccles. Tum quia Cardinalium potestas à solo Papa emanat, ut tradit Archid. in cap. Ubi periculum col. 4. circa fin. ibi, (Dominorum autem Cardinalium potentia est ab homine, nam quidquid possunt, habent à Papa.) De elect. lib. 6. & post eum Andreas Barb. in tract. de presant. Cardinali. qu. 1. num. 11. & Petr. de Raven. in tract. de consuetud. sect. 1. num. 33. quem secutus fuit Roch. de Curce in simili suo tractatu num. 114. ubi ait de honestate Papam non posse ardua tractare sine Cardinalibus; & tamen valere consuetudinem in contrarium. Et rationem reddit, quia talis consuetudo habet concursum juris communis, cum de jure communi Papa possit ardua tractare sine Cardinalibus secundo communem opinionem. Imò etiam de hoc esset lex expresse, illa non esset attendenda, quia per in parem non habet imperium, cap. Innotuit de elec. de quo latissime Barb. conf. 1. lib. 1. per tot. & per tacitam conventionem Papa videtur eam tollere, ut ait Zanettinus ubi supra num. 36. quæ omnia verissima esse de potestate Summi Pontificis absoluta, seu, ut ajunt, de plenitudine potestatis, pluribus rationibus confirmat Cardin. Paleot. de Sacr. Consist. consult. part. 1. quæst. 3.

Et quamvis de infeudatione magne civitatis loquens Bald. in l. Cum multa, num. 2. C. de ben. que liber. dixerit debere intervenire communem consensum Cardinalium, tamen ejus dictum communiter intelligunt Doctores de honestate tantum non de necessitate, ut respondet Zanettinus ubi supra num. 36. vers. Et ad allegata in contrarium, qui prius citaverat ipsum Baldum sub num. 33. & in propriis terminis declarat Cardin. Alex. in cap. 1. Episcopum, vel Abbatem, in volum. feud. post. princ. concluditque valere hujusmodi actum Papæ sine Cardinalibus, quem sequitur alior referens Claud. in suo speculo feud. fol. 131. post. Num quantum, & Redoanus per eademmet verba in tract. de reb. Ec.

220 *clera non alien. cap. 5. num. 21.* ubi eisdem testatur hanc esse crebriorem opinionem.

26 *Et verè ita debere intelligi dictam doctrinam Baldi de honestate tantum, non de necessitate, suaderetur, nam ipse in d. l. Cum multa, remittit ad dicta per cum in l. Humanum, c. de legibus, ubi præciat num. 2. dicit formam illius legis esse de honestate, non de necessitate, cum ibi dicatur humanum, non autem necessarium, & subdit retentis illis terminis, sine dubio Principem posse infeudare ne dum civitatem, sed & provinciam & Ducatum, & ut ait Caltren. ibi in fine, num. 6. licet dicatur, Papam omnia facere cum consilio Cardinalium; si tamen facit sine eis, valet; & sequitur in l. Lex est, num. 5. ff. eod. tit.*

Et ex his non videtur dubitandum, quin Papa solus totaliter explicare possit talem investituram de feudo nondum devoluto, & causas evidentis utilitatis declarare.

27 *Quibus addi potest, quod etiam versaremur in dubio an causa subesser, vel non subesser, adhuc Summo Pontifice asserente, presumetur, ut bene per Claud. in Specul. feud. in ver. Causa legitima, fol. 128. præsertim si versaremur in materia non suspecta, quod infeudatio fiat in consanguineos, ut considerat Freybol. in cap. Non licet, 12. qu. 2. n. 7. Et in hac materia sunt vidende distinctiones per d. Claudium factæ, quando causa potest subesse & non subesse; & quando exprimitur, & quando non, Conclusio enim est, si causa exprimitur, quæ tempore concessiois potuit intervenire, presumitur etiam sine intervenitu Cardinalium, vel Proceraum, ut dicit ipse num. 132. per eademem verba Redan. d. casu 5. num. 22.*

Et secundum distinctiones ejusdem Claudii sunt intelligenda, quæ sub longo involocro verborum dicit Bellam. in cap. Per principalem, num. 106. vers. Quarta questio, ubi relinquit cogitandum, & in cap. Non licet Papa, 12. qu. 2. ante num. 16. ubi præciat asserit, si non laborat mala suspicio contra Papam, quia in nimis propinquum non fit alienatio, standum esse literis, & exprellioni Papæ.

Et pariter Navarr. in suis Commentariis super d. cap. Non licet Papa, §. 12. num. 7. & seq. sub num. 9. sentit standum esse assertioni Papæ de causa justa, si ipse exprimat se ad id ex justa causa moveri.

28 *Et eò magis si tractaretur de feudo antiquo, quo casu cum presumatur ab initio intervenisse hujusmodi causa, & ob id Innoc. III. hic concedat, ut solita infeudari de novo infeudari possint Recte dicit Bald. in cap. 1. num. 3. Qui feud. dar. poss. causa utilitatis præsumi quando feudum est apertum.*

29 *Quando autem alienatio fit ritè & rectè, manifesti juris est, nec alienantem, nec successorem posse illam infringere, ut tradunt Ifern. & ceteri scribentes in d. cap. 1. Qui feudum dare testatur, & Claud. in d. Specul. fol. 351.*

30 *Ceterum adverte, quia præmissa non videntur procedere post Constitutiones à Romanis Pontificibus hac de re editas. Nam Pius V. in Constit. 35. Admoneo, edita quarto Kalend. Aprilis 1567. in Bullar. tom. 2. pag. 221. statuit, ut civitates, & loca S. R. E. etiam in feudum, aut quæcumque alium alienationis titulum dari solita ad Sedem Apostolicam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda eo ipso Camere Apostolicæ absque alia declaratione incorporata censentur, perinde ac si nunquam in feudum, vel alium titulum concessa fuissent, ut in §. 2. At præterea statuit in §. 3. ut de hujusmodi alienationibus, & infeudationibus tractantes, consulentes, aut alias verba facientes, easque Summo Pontifici per se, vel per alium insinuantes, vel suadentes excommunicationis poenam, ac læsæ Majestatis etiam in primo capite, & confiscationis bonorum, privationisque dignitatum, ac beneficiorum eo ipso incurrant. Et in §. 9. addit, ut Cardinales in assumptione pilæ, & sede vacante in conclavi jurare debeant prædictam Constitutionem observare, eique non contravenire, nec Pontificibus contra facientibus consentire, aut absolutionem à juramento petere, nec oblatam, aut concessam acceptare. Et assumptus in Summum Pontificem idipsum promittat, ac juret, & post coronationem suis literis confirmet, ut latius in ipsa Constitutione, XIII. Constitut. 3. Inter cetera, in Bullar. tom. 2. pag. 363. Sixtus V. Constitut. 26. Quanta eod. tom. pag. 520. Gregor. XIV. Constitut. 1. Romanus Pontifex, pag. 286.*

Et ad hæc usque tempora multum dubitari poterat de intellectu illorum verborum Bullæ Pii V. Et pro tempore devolvenda. An scilicet comprehenderent loca nondum devoluta tempore infeudationis. Et eò magis quia idem Gregorius XIV. in Consistorio secreto Romæ apud S. Marcum die Ven. 13. Septembris 1591. habito, sententiis tamen S. R. E. Cardinalium qui tunc aderant, minime requisitis, quin imò multis eorum expressè contradicentibus, declaravit, & decrevit Pius V. Constitutione prædicta non prohiberi feudum nondum devolutum, quando necessitas, aut evidens & vera Ecclesiæ utilitas postulaverit iterum infeudari. Nec juramentum in ea præstitum similem casum comprehendere, ac neminem licet jurare posse, quod contra necessitatem, aut evidentem utilitatem Ecclesiæ sit; sicque prædictam Constitutionem intelligendam judicavit, ac definitivè. Sed hanc dubitationem sustulit Innocent. XI. Constitutio 1. incip. Quæ ab hac sancta Sede, edita pridie nonas Novembris 1591. eod. tom. 2. pag. 713. nam in §. 4. declaravit Constitutione Pii V. prohiberi quæcumque infeudationem, & alienationem civitatum, & locorum eidem Sedi tam immediatè, quam mediatè subjeutorum, non solum post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, & quæcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem & extensionem infeudationum, & concessionem hujusmodi nedium finitarum; ipsorumque incorporationem quoad effectum impediendi alienationis, prorogationem & extensionem hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis; & etiam antequam devolvantur factam ceteri, & in §. 5. præcepit Pii V. Constitutionem jurari debere juxta prædictam declarationem.

34 *Itaque stante hac declaratione Innocentii XI. planum est hodiè Papæ non licere quemquam invellere de feudo nondum aperto, & sic disposito d. cap. 1. Qui success. feud. dar. tenent. & textus nostri, quatenus permittit, ut infeudari possint bona feudalia ad Ecclesiam devoluta juramento non obstantè, locum non habet in Summo Pontifice, sed tantummodo in inferioribus Prælati. Forma enim juramenti, quæ se obstringit Papa, est longè diversà à juramento de non infeudando, quo se adstringunt Prælati inferiores in terminis hujus cap.*

36 *Quo fit, ut hodiè locum non habeat conclusio, quam pluribus relatis firmat Rota d. c. 664. num. 11. part. 2. recent. Videlicet Papam posse durante generatione invellere in feudo alius investituram concedere in casum devolutionis, cum tunc non dicatur agi de præjudicio investiti. Oblat enim Declaratoria Innocentii, ideoque nec opus est discutere, an dispositio d. c. 1. Qui success. feud. dar. ten. locum habeat in Summo Pontifice, de quo tibi plenè per Rotam n. 13.*

Porro Bullam Pii V. ut præfertur, declaratam ab Innocentio XI. confirmavit, & innovavit, sequè servatam promissam, ac juravit Clem. VIII. in constitutione prima, ad Romanos Pontifices, in Bullar. tom. 3. pag. 1. ubi etiam in §. 7. declarationem Gregorii XIV. tanquam destruentem prædicti Pii Constitutionem, alienandicque occasione præbentem ac minime necessariam revocavit, & annullavit perinde ac si nunquam emanasset. Declarans eadem Pii V. Constitutione prohiberi civitatum, & locorum in ea contentorum tam quæ nunquam antè in feudum concessa, quam quæ aliis scriptis infeudata, ac postmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt, infeudationes, & prorogationes investiturarum etiam ex causa necessitatis, aut evidens & vera utilitatis factas & faciendas, ut latius in eadem Bulla §. 8. Et concordat Regula Cancellariæ 64.

37 *Præter hæc Gregor. XIII. die 3. Aprilis 1581. in Consistorio declaravit sub dicta Bulla Pii V. comprehendi etiam concessionem guberniorum, quas ultra triennium de locis S. R. E. fieri non contingeret, quam declarationem & Sixtus V. approbavit itidem in Consistorio die 16. Januarii 1589.*

38 *Prohibitio tamen Pii V. ut supra declarata, non comprehendit terras & loca confiscata ob delicta, de quibus in Constitutione 65. Gregor. XIII. incip. Tanta, ut ibi declaratur in §. 13. in Bullar. tom. 2. pag. 446. Idemque declaravit Sixtus V. in Constitutione 6. Hoc nostri, §. 8. pag. 491.*

39 *Ac similiter non comprehendit ea loca, quæ Camera Apostolica emittit Baronibus juxta Constitutionem 41. Clementis VIII. Justitia, §. 14. in Bullar. tom. 3. pag. 55. DR*



DE SOLUTIONIBUS.

Innocentius III. Decano, & Capitulo Morinen.

CAPUT I.

AD hoc in Apostolicæ, & infra. Sicut filius debita patris solvere tenetur, ita Prælati sui prædecessoris pro Ecclesiæ necessitate contracta.

SUMMARIUM.

- 1 Successor in beneficio tenetur solvere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta, & n. 6.
- 2 Filius non tenetur ad debita patris, nisi creditores probent cum se immixtisse hereditati paterna.
- 3 Et tunc tenetur etiam ultra vires hereditatis si eam adierit sine inventario.
- 4 Et quid de aequitate canonica, & in foro animæ.
- 5 Successor in beneficio, & hæres in quibus aequiparentur, vel non.
- 6 Hæres tenetur solvere omnia debita defuncti qualitercumque contracta.
- 7 Successor in beneficio tenetur ad debitum prædecessoris, quod constat fuisse contractum pro necessitate Ecclesiæ, licet non probetur verum, & n. 9.
- 8 Fallit in mutuo, in deposito, & cum res Ecclesiæ pro debito venditur.
- 9 Successor in beneficio tenetur ad debita, quæ prædecessor pro sui sustentatione, vel infirmitate contraxit.
- 10 Successor in Episcopatu tenetur ad expensas advocati pro defensione, & necessitate prædecessoris carceribus mancipati.
- 11 Successor in beneficio an tenetur ad pensiones tempore prædecessoris decessus, & non solvatur, & n. seqq. usque ad n. 22.
- 12 Pensio cum clausula, Ut melius, & commodius sustentari valeas, scc. censetur reservata ex causa alimentorum & n. 15.
- 13 Hypotheca non oritur ex assignatione reddituum super certo fundo, nisi assignatio fiat pro alimentis. Contrarium, n. 16. in fin.
- 14 Pensio, census, collecta & decima sunt debitum reale; & obligat possessorem etiam pro terminis præteritis, & numer. 19.
- 15 Et an sit in optione creditoris vel agere contra successorem, vel contra antiquum possessorem, seu ejus hæredem, & n. seqq.
- 16 Successor in beneficio ex filio Rota non tenetur ad pensiones decessus tempore prædecessoris, nisi factis à pensionario

- 20 Successor pro pensionibus solvitur pro antiquo possessore habet actionem contra eum, vel illius hæredes.
- 21 Successor in Episcopatu, vel Parochiali etiam factis per pensionarium diligentem contra prædecessorem non tenetur ad pensiones ante suam provisionem decessus, nisi detracta congrua.
- 22 Successor an tenetur ad pensiones antiquas pro terminis decessus, licet sibi non remaneat congrua. Distinguitur, ut n. seqq. usque in fin.
- 23 Quid si pensio sit reservata cum clausula: Dummodo remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore. Et quid si cum clausula, etiam non remaneat mille, vel centum, n. 30. Et quid si cum eadem clausula non expressa, sed tacitè subintellecta, n. 31. Et quid si reservata sit pura, n. 32.
- 24 Clausula, Dummodo remaneant mille pro Episcopo, facit pensionem conditionalem.
- 25 Et in petitorio onus probandi, quòd mille remaneant incumbit pensionario.
- 26 Etiam si Episcopus reservationi consenserit, n. 26. Et probatio debet esse plena, n. 27.
- 27 Consensus titularis intelligitur præstitus sub eadem conditione, sub qua pensio fuit reservata.
- 28 Pensio reservata cum clausula, Dummodo remaneant tot pro Titulari, si sit excessiva, non est nulla in totum, sed reducibilis.
- 29 Fallit si sit reservata cum prædicta clausula, & cum expressione certis valoris.
- 30 Tridentino Concilio Papa censetur derogare reservando pensionem cum clausula, etiam non remaneant mille pro Episcopo.
- 31 Idem si sentiat valorem fructuum, juxta quem non remaneant mille.
- 32 Pensio purè reservata est reducibilis si non remaneant mille pro Episcopo, & Papa fuerit decessus in expressione valoris facta in cedula Consistoriali.

AD hoc. Joannes Andreas non summat, quia breve est. Sed secundum Abbatem summat sic, Successor in beneficio tenetur solvere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta. Hoc dicit.

Nota primo ex principio textus, filium teneri solvere debita patris; an autem sit fundata intentio creditoris agentis contra filium post obitum patris ex debito paterno, adeò ut etiam alio non probato, cogendus sit filius ad solvendum. Primo intuitu videtur affirmative respondendum per istum textum, qui hoc dicit ad litteram; & per illud Apostoli 8. ad Rom. 17. si autem filii & hæredes & 4. ad Galat. 7. Quid si filius & hæres. Sed contrarium est verum, quia requiritur ut creditor probet se immixtisse hereditati paterna, alias enim si filius ab illa se abstinat, non tenetur creditoribus hæreditatis respondere, nec potest cogi ad solvendum nisi confitro de additione hæreditatis, ut legitur & notatur in lege Necessarius, ff. de acquir. hæred. & hic per glossam in verbo Tenentur; & Bart. n. 1. & tenet glossa reputata singularis in lege Si cum dotem, §. Transrediantur in verbo hæres, ff. solut. Matr. quæ dicit ab Fagnan. in III. Lib. Decretal.

actore probandum esse quòd filius sit hæres patris, per textum in lege 1. eod. si minor ab hæred. abst. & in lege 1. eod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. n. 1. & Imol. n. 2. & dictum Apostoli. Si filius, ergo hæres, intellige, quantum ad hoc ut filius possit se immiscere hereditati paterna & illam agnoscere; non autem quoad hoc, ut possit à creditoribus conveniri; si non appareat quòd hereditatem agnovit, secundum Imol. ubi supra. Vel dictum Apostoli intelligas quantum ad nomen, non autem quantum ad commodum vel incommodum, nisi se immisceat, ut declarat prædicta glossa in lege Necessarius in verbo tenentur ff. de acquir. hæred. & litteram textus nostri hic, filius; supple & hæres secundum Bernardum hic post casum, Abb. Antiq. & Host. in princ. Itaque filius quem conitit hereditati paterna se immiscuisse, tenetur ad debita patris & quidem in solidum & ultra vires hereditatis, si eam adivit sine beneficio legis & inventarij. Si d. si inventarium conficit, tenetur solum quatenus vires hereditatis patiuntur, ut lege fin. eod. de jure delib. secundum Alan. hic relatum in glossa 2. sed Butr. n. 3. & Imol. n. 7. dicunt hoc verum de rigore K 3

